

E libris
gymnasio Mauritiano Magdeburgensi
a venerabili
Carolo Funk
theol. doctore et gymnasii direttore
a. 1857 hereditate relictis.

J. q. 74.



DISPV TATIO ANTI - BLANCHINIANA ³
S I V E
C O N T R A
IOSEPHI BLANCHINI
CANONICARVM SCRIPTVRARVM
VVLGATAE LATINAE EDITIONIS
VINDICIAS

Q V A M
E X A V C T O R I T A T E
A M P L I S S . P H I L O S . O R D I N I S
A D D I S C E P T A N D V M P V B L I C E
P R O P O N I T

A . D . X V I I I . I V N I I A . C . M D C C L X .

M . I O H A N N E S C H R I S T I A N V S
M I T T E N Z W E Y
S C H O L A E N I C O L A I T A N A E C A N T O R E T C O L L E G A

E T
D E F E N D I T
T H E O P H I L V S H E N R I C V S I D E

L I P S I A E
E X O F F I C I N A L A N G E N H E M I A .

2

DISPUTATIO ANTI-BLANCHINIANA
SIVE
CONTRA
IOSEPHI BLANCHINI
CANONICARVM SCRIPTVRARVM
VALGATAR LATINAE EDITIOIS
IUDICIA
CVAM
EX AVTORITATE
AMPLISS. PHILOS. ORDINIS
AD DISCEPTANDVM EVRICE
PROTONIT
A. D. XVII. IAN. A. C. MDCCLXX.
M. IOHANNES CHRISTIANVS
MITTENWEY
SCHOLAE THEOLOGICAE CANTOR ET COLLEGA
ET
DEPNDIT
THEOPHILVS HENRICVS IDEM
LIBRARIVS
EX OFFICINA LANGENHEIMII



V I R I S
ILLVSTRIBVS MAGNIFICIS
CONSULTISSIMIS EXCELLENTISSIMIS
AMPLISSIMIS
CIVITATIS LIPSIENSIS
CONSVLIBVS
PROCONSVLIBVS
AEDILIBVS
SYNDICO
PRAETORIBVS
ET RELIQVIS
SENATORIBVS GRAVISSIMIS
OPTIME DE PATRIA MERENTIBVS
PATRONIS OPTIMIS



VIRI
ILLUSTRISSIMI MAGNIFICI
CONSULTISSIMI EXCELLENTISSIMI
AMBASSIATISSIMI
CIVITATIS LIPSIAENSIS
CONSULIBUS
PROCONSULIBUS
AEDILIBUS
SYNDICO
PRAETORIBUS
ET RELIGIOSIS
SENATORIBUS GRAVISSIMIS
OPTIME DE PATRIA MERITIBUS
PATRONIS OPTIMIS

Causae, VIRI ILLUSTRES, atque MAGNIFICI, quibus impulsus AMPLISSIMIS VESTRIS nominibus hanc exercitationem academicam inscribere ausus sum, tam multae tamque graues sunt, ut minime mihi, ne hanc ob causam in crinenn adulationis aut importunitatis incurram, verendum sit, ut potius, hanc si pietatis declarationem intermisissim, iure meritoque summae impietatis officiorumque negligentiae reus viderer et essem. Siue enim pueritiae meae aetatem recorder, VESTRAM paternam erga me debeo praedicare benignitatem; nam VESTRO beneficio per plurimos annos in Schola Thomana a prima fere aetate ita altus atque educatus sum, ut maiorem liberalitatem ne benignissimus quidem pater in filium posset conferre; praesertim cum VESTRA singulari cura factum sit, ut in ea a Summis doctissimisque Viris in iis erudirer disciplinis et artibus, quae me aliquando reipublicae redderent vtilem: siue praesentem spectem vitae fortunam conditionemque, VOS habeo eius auctores statoresque, ita enim beneficiis beneficia cumulaftis, ut VESTRO grauissimo mihiq; honorificentissimo iudicio eiusmodi munus fidei mei crederetis, in quo viam saltem et aditus ad veram tum diuinam tum humanam aliis monstrando sapientiam rei publicae praestarem, quam possem, vtilitatem: siue studiorum rationem habeam, cui potius eorum rationem reddere debeo quam VOBIS, vrbis Patribus, scholarumque Antistitibus? siue denique argumentum huius libelli considerem, a quo tandem patriae religionis sanctitas, imo omnia humana et diuina iura religiosius sanctiusque coluntur quam a VESTRO confessu? Cum igitur tot tantaeque sint causae quae me fructum et primitias quasi meorum laborum VOBIS consecrare impulerint,

runt, certissime spero, fore, ut huncce Disputationis libellum
animi mei gratissimi summaeque obseruantiae et pietatis inter-
pretem ita excipiatis, ut omnium bonarum causarum praecipue-
que litterarum praesidium suscipere soletis. Adsit hujce praeser-
tim temporibus VESTRIS de salute reipublicae grauissimis
consultationibus sapientissimum Numen, annuat VESTRIS
saluberrimis consiliis, optatosque iis respondere iubeat euentus,
faxitque tandem ut, patria vniuersa a belli tristissimi calamitati-
bus liberata et dulcissima pace recreata, breui hanc urbem VE-
STRIS egregiis virtutibus et regimine saluam, ornatam,
omniumque honorum copia et felicitate florentem abundantem-
que videamus, VOS autem omni prosperitatis humanae genere
ita ornet atque cumulet, ut de Ecclesia, Schola, et vniuersa ciuitate
meremini, semperque meriti estis.

ILLVSTRES ATQVE MAGNIFICI
CONSULTISSIMI EXCELLENTISSIMI
AMPLISSIMI
VESTRORVM NOMINVM

ADDICTISSIMVS CLIENS
IOHANNES CHRISTIANVS MITTENZWEY.



Inter acerrimos Vulgatae latinae versionis, eiusque a Patri-^{Summa ratio-}
bus Concilii Tridentini acceptae ^{nis Blanchi-} *av. Devrius* defensores
primum haud dubie IOSEPHVS BLANCHINVS occu-
pat locum; quippe qui tantum pro huius versionis digni-
tate auctoritateque declaravit studium, vt novam viam
nouosque, vt appellat, aditus, ad dirimendam maximam in rebus po-
lemicis controuersiam, nostraeque partis studiosis palmam praeripien-
dam satis ingeniose callideque excogitauerit. Quam nouam insoli-
tamque viam cum in libro *Vindiciae Canoniarum scripturarum Vulgatae*
latinae editionis *) inscripto, et ante ipsos viginti annos Romae edi-
to, patefactam sciremus, eo cupidiore hunc legendi fuimus librum,
quo studiosiores eramus, ex hoc literarum genere aliquid eligendi,
quod doctissimorum virorum iudicio examini-que speciminis loco sub-
iiceremus. Perspecta vero accuratius huius libri ratione et argumento,
cum vidissemus, nihil fere eo, nisi indicem futuri operis, sex partibus
absoluedi, contineri, **) facile iudicabamus, fieri non posse, vt
A 2 vniuersa

*) Causa et argumentum huius libri, imo totius operis promissi optime
disci potest ex Nou. actis Erudit. Lips. ad annum DCCXLIII. mense
Nou. p. 625. seq.

**) Prima pars magni a Cl. Auctore promissi, sed adhuc sperandi operis
complexura erat non pauca Hexaplorum fragmenta, antehac inedita;
Secunda V. T. libros a S. Hieronymo ex Origeniano LXX. interpretum
exemplari in latinum sermonem translato: tertia ingentem variarum
lectionum siluam ex MSS. libris optimaenotae decerptam, quae sexcen-
tis locis pristinae integritati restituat Canonem Hebraeum, seu V. T. Ver-
sionem, e* Hebraeo ab Hieronymo latine factam et a Cl. Martianeoe
typis



vniuersa Blanchiniana ratio refelleretur, aut totius quasi aedificii moles prius dirueretur, quam extructa esset, atque V. D. stans promissis totum opus perfecisset. Vt vero ex forma, quale aedificium futurum sit, et ex adumbratione, qualis pictura, ab artis perito statim intelligitur, sic ex hac etiam delineatione, quale opus futurum fuisset, quadam, ex parte perspici potest, praesertim cum auctor doctissimus p. 253. et 223. mentem suam aperuerit, longaque verborum pariter ac conuiciorum serie sententiam suam patefecerit, cuius summa haec est: hebraeos codices hodiernos esse corruptos, et cisternis dissipatis similes, quae aquas amplius continere non valeant; alios igitur fontes esse adeundos, ex quibus verbum Dei possit hauriri purum et liquidum, eosque esse versionem antiquam Italam, Hexaplarē τῶν ὁ editionem, vtramque tandem Hieronymianam. Iam vero eam versionem, quae a concilio Tridentino incorruptae fidei et venerabilis antiquitatis testimonium acceperit, id est, Vulgatam, nihil fere abesse ab Itala, nihil ab Hexaplati τῶν ὁ, nihil ab vtraque tandem Hieronymiana, quod iam ex parte a Cl. Morino ostensum fuerit, et satis superque ex istis codicibus manifestum futurum sibi persuadet. Quod si ipsius operis editio nostrae partis hominibus persuaserit, non posse eos putat deinceps pergere, et obfirmato animo contrariae inhaerere sententiae. Hanc appellat nouam viam, nouosque aditus ad dirimendam maximam in rebus polemicis controuersiam, effuseque gaudet, hac se primum incedere, et ex insignioribus Italicarum ecclesiarum officinis ad pugnandum ea arma sumfisse, quae frangi debilitarique ab hostibus nequaquam possent. Quae sententia tanquam ex Pythii Apollinis tripodē pronuntiata, vt rata suisque firma et explorata maneret, hoc vniuerso opere succedente tempore in lucem emittendo allaborauit Cl. auctor. Ipsum vero opus per viginti ipsos annos intermissum, nihilque nisi nuntium quasi eius in publicum prodiiisse vehementer dolemus.

§. II.

typis excusam sub titulo Bibliothecae Diuinae: quarta complures vtriusque foederis libros Secundum antiquam italiam versionem: quinta aliquot V. T. libros e Chaldaico in latinum sermonem conuersos, et iam multoties editos, sed nunc primum nouis collationibus illustratos: Sexta demum Vindicias Canonis S. Scripturarum, quem Tridentini Patres diuino afflante numine condiderint sessione IV. celebrata die VIII. mens. April. MDXLVI.



§. II.

Nostri igitur instituti est, non quidem vniuersum omnino refellere BLANCHINI institutum, quod, vt iam diximus, neque fieri potest, neque nostrarum est virium, sed cum tamen aliqua ex parte copiam sui fecisset, mente sua declarata, duplicique psalterio Veronensi graeco et latino edito, quorum illud τὸν ὁ νοινῆν latinis literis exaratam, hoc vero Italiam antiquam contineret, constituimus, eum hac via noua sequi, atque pro ingenii nostri tenuitate, scientiaeque eiusmodi literarum mediocritate ita de duplici psalterio Veronensi disputare, vt ostenderemus, primum, nondum a BLANCHINO satis idoneis esse demonstratum argumentis, Codice Veronensi puram putamque contineri Italiam: tantoque minus auctoritatis contra hebraei Codicis veritatem antiquo interpreti posse tribui, quanto imperitior istarum graecarum literarum indolisque τὸν ὁ Versionis fuerit: deinde idem de eiusdem codicis versione graeca posse affirmari: tum, etiamsi sint laudati codicis versiones eae, pro quibus a Cl. Auctore habeantur, et defendantur, quam maxime tamen esse corruptas, mutilas, et interpolatas, multumque a Vulgata differentes: postea Vulgatae Psalmorum, quamuis Hieronymi ex Hexaplaris Origenis editione foetus esse perhibeatur, tamen in multis ab Hexaplaris editionis lectionibus differre: plurimum vero denique ab altera Hieronymi ex hebraeo confecta distare, cum e contrario ex ea, vt ex ceterarum graecarum versionum reliquiis, Aquilae inprimis et Symmachi hebraei hodierni textus praestantia egregie possit demonstrari. Quod si fecerimus, causam Blanchinianam saltem aliqua ex parte, quantum quidem fieri poterit, sui que per duplex psalterium copiam auctor fecerit, profligatam esse confidimus.

Totius disputationis breuis descriptio

§. III.

Iam primum igitur videamus de Itala illa, seu Vetere et Vulgata latina versione, quae ante Hieronymi tempora in ecclesia floruisse perhibetur, de illo ariete, quo noster muros quasi arcis hebraicae perfringere conatur, de illis, vt ait, armis, quae frangi debilitarique ab hostibus nequaquam possint, et quaeramus, primum, de nomine eius, deinde de modo et via, qua ductus BLANCHINVS ad veram integramque se peruenisse Italiam Versionem existimat, postremo vero, an latina codicis Veronensis versio ita comparata sit, vt pro Itala hac ratione inuenta pura et genuina possit haberi, indagemus. Locus vero vnicus, in quo Italae mentio fit, quemque auctor pro vnica norma ac regula habet, ad quam exigat, et tanquam ad Lydium lapidem ex-

An verso quaedam Itala nominata extiterit, quaeritur.



aminet Italiam, vtrum eam inuenerit, nec ne, vtrum genuina sit, an spuria, extat apud AVGVSTINVM L. II. de doctr. christ. cap. XI. his verbis: *In ipsis autem interpretationibus Itala ceteris praefertur; nam est verborum tenacior cum perspicuitate sententiae.* Quanquam neminem adhuc audiuimus aut legimus, qui huius loci sinceritatem in dubium vocaret, nisi CASLEIVM a magno BENTLEIO doctum in Catalogo M S S. bibliothecae Londinensis anno 1734. edito; causae tamen, ob quas hunc locum in mendo cubare putat, nobis ita graues visae sunt, vt dubium id, quod CASLEIVS mouit, nobis non penitus solutum videretur. Primo autem non concoquere potest, quod versio ea per figuram poeticam appelletur *Itala*, et non potius *Italica*; deinde quod hoc vnico loco ab AVGVSTINO eius mentio fiat: porro quod nullus Patrum latinorum versionis istius meminerit, neque HIERONIMVS ipse, qui plurimis in locis tamen de latina Vetere copiosius egerit, sed neque in praefatione in N. T. ad DAMASVM Papam, neque in epistola ad Pamach. de optimo interpretandi genere, neque vilo alio loco mentionem eius inicit: contextus etiam orationis seriesque verborum lectioni *Itala ceteris praefertur*; repugnare videatur. Excipiunt enim verba laudata statim haec: *Et latinis quibuslibet emendandis graeci adhibeantur*: ex quibus vtique patere videtur, in superioribus sermonem esse non de certa quadam versione latina, sed de quacunque eligenda, quae ea gaudeat praestantia. Si enim de vna certaque locutus fuisset AVGVSTINVS, sine dubio nostra quidem sententia dixisset: *Sed et huic et ceteris latinis emendandis Graeci adhibeantur.* Inprimis vero sententiam suam MSS. codicum auctoritate stabilire studet, quorum duos antiquissimos, vnum ex bibliotheca Bodleiana 800. vel 900. annorum, et alterum eiusdem fere aetatis, nescio vnde profert. In illo legitur: *labor ita ceteris praefertur, nam.*

In hoc vero *lica ita ceteris praefertur, nam;* cuius in margine positum est vel *ita* In vtroque putat locum corruptum, et vult legi *illa Latina.*

ina, ceteris praefertur, quae; BENTLEIVS vero: *illa* ceteris praefertur, quae est verborum tenacior etc. *) Cum vero CASLEIO locum illum sollicitante, eumque in mendo cubare Codd. MSS. auctoritate

*) Totus locus extat gallice in Parte II. Tom. V. bibliothecae Britannicae p. 340. vbi, si lubet, videas.



ritate comprobante, omnis controuersia de nomine Italae orta esset, BLANCHINVS affirmat, se ex ASSEMANNO, bibliothecae Vaticanae custode primario, quacsuisset, quomodo codices AVGVSTINI huius insignis bibliothecae in loco illo legerent, eamque tulisse responsionem, quod mirus sit eorundem in Italae lectione consensus. Quae quidem res cum fide istorum virorum, quibus facultas ipsos MSS. codices inspiciendi data est, nitatur, nobis non licet aliquid certi inde statueret. Ambo enim summa fide dignos iudicare par est: hoc nobis tantummodo mirum videretur, quod codices Anglicani antiquissimi eo loco titubent, vbi Romani constanter eandem rucantur lectionem. Quibus omnibus addi posse putamus, quod et aliis locis AVGVSTINVS ipse, cum de latinis versionibus loquitur, eiusmodi Italae versionis praestantiam ignorat, aut saltem non commemorat. In epistola vero §2. de versione HIERONYMI scribens, *ideo autem, inquit, desidero interpretationem tuam de LXX., ut et tanta latinorum interpretum, qui qualescunque hoc ausi sunt, quantum possumus, imperitia careamus.* Hic omnium vult imperitia carere, omnes abiicere; num oblitus est Italae tenacitatis verborum, perspicuitatisque sententiae? HIERONYMVM autem Italae virtutes omnino fugisse, ex praefatione in IV. euangelia ad Damasum Papam, colligi potest, vbi disertè ait: *Si enim latinis exemplaribus fides est adhibenda, respondeant, quibus? tot enim sunt exemplaria pene, quot codices.* Isidorus Hispalensis contra libr. I. de officio eccles. cap. 12. veracitatem sententiarum perspicuitatemque verborum non veteri, sed Hieronymianae tribuit: *De Hebraeo autem, inquit, in latinum eloquium tantummodo Hieronymus, presbyter, S. Scripturas conuertit: cuius editione generaliter omnes ecclesiae vsqueaque vruntur pro eo, quod veracior sit in Sententiis, et clarior in verbis.* Atque editores BENEDICTINI HIERONYMI a BLANCHINI sententia in alia omnia discedere videntur, cum in Proleg. II. n. 14. dicant: *Quum talis, (qualem scil. ISIDORVS l. c. descriperat) fuerit interpretatio Hieronymi, mirum quid est, si Veterem obscuriorem in verbis, in sententiis non adeo veracem omnes ecclesiae repudiarent?*

§. IIII.

Verum enim vero hoc saltem certissimum et extra omne dubium positum esse putamus, neque id CASLEIVM negasse credimus, fuisse ante HIERONYMVM in ecclesia versionem quandam, quocumque tandem nomine venerit, receptam vsuque introductam, ex qua populus publice sit institutus, verbumque diuinum praelectum et explicatum,

*Difficultas
Veteris inueniendae ostenditur.*



tum, quam AVGVSTINVS *) *Vsitatam*, HIERONYMVS **) *Veterem* et *Vulgatam* appellat, quae verò tempore Hieronymi, ita vt omnes aliae, corruptissima fuit, si quidem, vt supra vidimus, nulli eorum vult fidem adhiberi, AVGVSTINVS autem omnium latinorum interpretum imperitia carere. Sit autem locus ille AVGVSTINI, quem BENTLEIVS, eiusque auctoritate adductus CASLEIVS sollicitauerunt, genuinus, imo obtinuerit Itala in ecclesia antiqua omnium versionum latinarum principatum; qua ratione tandem demonstrabit V. D. se feliciorum in ea quaerenda atque inveniendi fuisse, quam FLAMINIVM Nobilium, ***) IOHANNEM MARTIANAEVM, PETRVM SABADIERTVM aliosque, qui huic rei laborem impenderunt, expectationi vero doctorum hominum haud quaquam satis fecerunt. Aevus est codicibus antiquissimis. Sed et Martianaevs codicibus vsus est antiquis, et tamen verentur eruditi, ne saepius pro veteris lectione HIERONYMI, aut alius cuiusvis euulgaverit interpretationem seu correctionem. Cum enim vel ipso BLANCHINO concedent, *Vetus* nequaquam ab Hieronymiana, quamvis emendatiore, a sede sua expulsa fuerit, sed per aliquod tempus auctoritatem suam obtinuerit, imo vtraque ab ecclesiae doctoribus vsurpata fuerit, auctore Gregorio Magno in epistola dedicatoria s. *Praefatione moralium expositionum in Iobum*, facile fieri potuit, et procul dubio factum est, vt primum codices Veteris ex Noua corrigerentur, et ambae ita coniungerentur, copularenturque, vt ne Pythia quidem eas discernere, et suum cuique reddere posset. Quid igitur Alcuinus, qui iussu Caroli M. coactus, siue monitis eius potius ductus Hieronymianam a naevus Veteris purgare, illiusque integritatem restituere aggressus est, praestiterit, non audeamus dicere: nobis certe non tam perficiendi spe, quam obediendi

*) Libr. de Consensu euangel. cap. 66.

**) In epist. ad Pammach. de optim. gen. interpretandi.

***) FLAMINIVS Nobilius voluit versionem latinam Veterem restituere e scriptis Patrum ante Hieronymianorum et Augustini, suamque editionem edidit Romae 1588. foliis binis. IO. MARTIANAEVS e codd. euangelium Matth. et Epist. Iacob. huius vers. edidit Paris. 1695. duodenis. PETR. SABADIERTVS iterum ex Patribus latinis eam rescicere conatus est in bibliis Italicae veteris versionis, Rhemis 1743. fol. bin. Quam incerta autem et lubrica ea sit Nobili et Sabadieri via, inde intelligitur, quod pleraque patrum loca, aut a librariis et editoribus ad Hieron. correctata sunt, aut patres ipsi ex diuersis aut eiusd. versionis codd. diuersis hausere, aut quod denique ii, qui graece scirent, subinde sua ipsorum vsi sunt versione.



si studio hunc laborem suscepisse videtur, siquidem referente ipso
BLANCHINO *Alcuinus arbitratus est, non suae facultatis, sed eius
esse, qui vniuersae praeesset ecclesiae, quique diuini numinis ductu non
vereretur vllam erroris reprehensionem.* At nemo istorum diuinorum
hominum tanto munere ecclesiam donare, suamque diuinandi in tanta
re, quae aliter vix perfici poterit, facultatem experiri voluit. Sed
reuertamur ad Veteris latinae libros. Ii igitur adeundi sunt, qui pu-
ram putamque referunt Veteris lectionem, et ante vtriusque commix-
tionem scripti sunt. At vbi eos inuenies? Valde enim verendum est,
ne vlli supersint, qui ad aetatem HIERONYMI pertingant, nedum
eam excedant: eos vero, qui post eius aetatem scripti sunt, vix ac
ne vix quidem a suspicione istius *συμφύσεως* liberabis. Qua ex parte
difficillimum erit, integritatem puritatemque Plalterii Veron. lati-
nae versionis defendere, quamuis codex iste plus quam millenariae ae-
tatis sit, vt BLANCHINVS ex forma literarum, genere scribendi,
stichometria versusum, membranacque habitu coniecit p. 217. Dein-
de vero, cum tot exemplaria fuerint, quot codices apud Latinos, et
vnusquisque pro arbitrio vel addiderit, vel subtraxerit, vt Hieron. in
praefat. in Job. queritur, cumque hoc non tantum de eiusdem ver-
sionis diuersis codicibus, sed etiam de diuersis versionibus intelligen-
dum esse, auctor ipse AVGVSTINVS sit L. II. de doct. Christ. c. XI.
vbi latinorum interpretum varietatem nominat *infinitam.* Et paulo
post: *Qui scripturas ex Hebraea lingua in graecam veterunt, numerari
possunt, latini autem interpretes nullo modo. Vt enim cuique primis fi-
dei temporibus in manus venit codex graecus, et aliquantum facultatis
sibi vtriusque linguae habere videbatur, ausus est interpretari;* quid ergo
mirum est, si codices ab Hieronymiana seu Vulgata discrepantes,
et speciem Veteris prae se ferentes (quanquam discrepantia a Vulgata
ad Veterem inueniendam agnoscendamque non sufficit) nullo modo
ad concordiam redigi possint, cum ne HIERONYMVS quidem id fa-
cere potuerit, aut si quis pro Veteri et Vulgata antiqua quamcumque
aliam saltem ex parte et pro arbitrio correctam nobis obtulerit. At
teneo, inquit noster, rectissimam, certissimamque, ad quam Italae
veritas falsitasque exigi potest, regulam. Sed quid impedit, quomi-
nus et alius interpretatus sit ad normam Italae, id est, inepte, per so-
loecissimos et barbarissimos; haec enim est illa BLANCHINO laudata
et probata verborum tenacitas, sententiaeque perspicuitas, vt infra
docebitur. Vide itaque, Blanchine, ne profus aliam, quam Vete-
rem



rem vſitatam, aut ſaltem commixtam, et in multis ſecundum Hieronymianam correctam, in lucem proferas pro Itala verſionem! Hoc ſaltem affirmare, eamque ſententiam contra auctoris aſſertum tueri poſſe videmur, quod Pſalterii Veron. verſio latina ex illa Auguſtini nota non poſſit pro pura et genuina defendi Itala.

§. V.

Lat. Veron. in multis non eſt tenax verborum.

Eſt quidem illa latinae verſionis in Cod. Veronenſi probata BLANCHINO verborum tenacitas tanta, quantam, vt ita dicam, verborum feruitutem ſibi fingere nemo facile poterit, ſi quidem ea non ſolum pleraque graeca verba ſingula, ſed etiam iuncta ita κατά πόδα refert, vt non verſionem latinam, ſed potius hebraeo-graecam latinis tantum verbis expreſſiam legas. Quae ſi verborum tenacitas ſignum indubitatum certiffimumque eſt veteris Italiae verſionis, libenter concedimus, hanc codic. Veron. latinam verſionem maxima ex parte Italiae antiquae referre lectiones; ſed hoc quoque dandum eſt, multa ei ineſſe, quae ad eiusmodi regulam tenacitatis, cuius catalogum BLANCHINVS p. 224. contexit, non quadrent. In quibus autem Veron. latina ſuam verborum tenacitatem nobis relinquere viſa eſt, praeter alia haec ſunt, Pf. IX. v. 5. (iuxta text. hebr.) Veron. qui iudicis aequitatem, gr. δικαιοσύνην. Vulg. iuſtitiā. Nimis eleganter pro italiae ratione, eiſd. Pfalm. v. 12. ἐπιτηδύματα vertit mirabilia, cum alias ſoleat affectiones reddere, proptereaque tenacitatis laudem Blanchino mereatur, Vulg. bene ſtudia XXI. 7. ἐν χαρᾷ, cum gaudio, cum Vulg. retinuerit Hebr. in gaudio XXII. 30. Omnes diuites terrae. Gr. πλοῦτες Vulg. Pingues terrae, XXVIII. 3. Ne ſimul tradas cum peccatoribus animam meam. μὴ συνελκύσης. Vulg. tenacius, ne ſimul trabas me. כִּנְיָתָם, niſi forte etiam in Veron. legend. trabas, ſed et alia veterum Pſalteria, quae h. l. BLANCHINVS laudat, cum ea legunt, XXXII. 5. Peccatum meum cognoui. ἐγνώρισα. Vulg. melius, verborumque tenacius. Cognorū tibi feci *) XLIV. 3. inſirmaſti populus, ἐκώσασας. רַע. Vulg. affixiſti. ſaltem hoc contra laudatam tenacitatem. Sed et v. 20. in loco inſirmitatis, ἐν τόπῳ κακώσεως. Vulg. iterum afflictionis. Eiſd. v. 6. in te inimicos noſtros ventilabimus, κεραιτιῶμεν. Vulg. tenacius, Cornu ventilabimus. Et ne quis Cornu excidiſſe putet, alia quoque Pſalteria, v. c. Auguſtini, Romanum, et Caſſiodori illud omittunt. LV.

*) Alias Veron. ſemper γνωριζειν, notum facere vertit, v. c. Pfalm. XVI. 11. XXV. 4. XC. 12. CIII. 7. etc.



LV. 3. in *excitatione mea*, cum Vulg. ἐν τῇ ἀδολασχίᾳ μου, contra BLANCHINO laudatam tenacitatem, secundum quam alias vertit *garritatatem*. Imo Pf. LXXIX. 13. ἠδολέσχην vetus reddidit: *Aduersus me insultabant*, cum Vulgata habeat: *loquebantur*. LVIII. 8. *Spernentur, ἐξεδενωθήσονται*, bene quidem, sed non ad tenacitatem. Vulg. *ad nihilum devenient*. Cumque in aliis locis v. c. CVII. 14. CXXIX. 114. etc. interpretetur hoc verbum, *ad nihilum deducere, reducere*, vix foetum veteris agnouerim. Eiusd. 10. *Prusquam producat spinas vestras rhamnus*. gr. Vat. συνίεναι. Veron. Synine, i. e. συνήναι, hebr. יָרַח, vnde vetus, *Producat?* saltem non ex tenacitate verborum. LIX. 3. *Inruerunt super me fortes*, cum Vulgata. ἐπέδεντο ἐπ' ἐμέ. Melius quidem, quam Psalm. LXII. 4. vbi habet *Adponitis* sine omni sensu. Sed h. l. recedit a suo ingenio. LXXIV. 8. *Comprimamus καταπαύσωμεν*. Vulgata. *Quiescere faciamus*. Antiquus error in LXX. versione obtinuit, vt ita legeretur, pro καταπαύσωμεν. vid. Hieron. epistol. ad Sun. et Fret. Sed vulgata tamen verborum tenacior, quam antiqua. Pf. CII. 8. *in recto*. Sed Hieron. in epist. laud. diserte ait, antiquos codices interpretatos esse *in aedificio*. *) CIX. 18. *morti tradiderunt. τῷ θανάτῳ σου*. Vulg. *Mortificare*, contra BLANCHINI obseruationem, qui in catalogo tenacitatis, quem p. 224. recenset, dicit θανάτῳ, in Plalter. Veron. *mortifico*. CXXIX. 27. *insinua mihi, συνέτισόν με*. Hoc tanquam exemplum tenacitatis a BLANCHINO laudatur. Vulg. *instrue me*, quanquam et AVGVSTINVS veteris tueretur lectionem in Serm. X. n. 4. huius Psalmi, tamen addit: *vel sic. ut nonnulli Codd. habent: instrue me. quod expressius de graeco dicitur, fac me intelligere*. Ergo ex sententia AVGVSTINI *Insinua*

B 2

mibi

*) Sic et in aliis Veronensem a Veteri recedere ab eod. Hieron. in epist. laud. docemur, v. c. Psalm. CV. 30. Veron. *Eruat*. ἐξήρην. at ex ead. epist. discimus, in veteri fuisse: *Terra dedit eorum ranas*. Hanc enim ipsam recensens lectionem ex schedula Sun. et Fret. pergit HIERONYMVS: *pro quo in graeco ἐξήρην, quod potest ita interpretari: Ebuliuit terra eorum ranas. Sed et in hoc nulla est sensus mutatio: et nos antiquam interpretationem sequentes, quod non nocebat, mutare nolimus*. Huc pertinet Pf. XXXI. 23. vbi Veron. ἐν ἑσπέρῳ vs vertit, in *excessu mentis meae* cum Vulg. At Hieron. auctore, antiqui codd. habuerunt in *panore meo*. Ergo et Itala. Ex quibus apparet, Veronensem latinam saepe ab antiqua recedere, ipsamque saepius negligentem tenacitatis verborum fuisse.



mibi non est verbum tenax. *) CXXXII. II. *Et non poenitebit eum,*
 & μὴ ἀθετήσει αὐτήν. Bene quidem, et mel. quam Vulg. *Et non*
frustrabitur eam. Sed hoc tamen magis ad verbum. Sic Psalm.
 LXXXVIII. 57. Veron. *Contemserunt,* bene, Gr. Veron. Ethetefan. Vat.
 autem ἡσυνθέτησαν. vnde Vulg. *Paſtum non ſeruarunt.* ἡθέτησαν
 vero h. l. veram τῶν ὁ lectionem eſſe, probat Hieron. in ep. ad Sun.
 et Fret. Quicquid vero latinus interpres legerit, non tamen ad eam
 vertit tenacitatem, quam BLANCHINVS laudat. Pf. LXXXIII. 15. red-
 dit ἀσυνθετεῖν, *reprobare.* Haec igitur, et alia eiusdem generis plura
 ſunt, quae ſuadeant, veterem ſeu Italam puram et genuinam, ſi pro
 unica eam inueniendi regula verborum tenacitatis habenda eſt, fruſtra
 in Cod. Veron. quaeri, ſed valde probabile eſſe, Codicem hunc par-
 tim veterem, partim nouam et ab aliquo correctam continere verſio-
 nem, praefertim cum eandem inconstantiam ſaepe quoque in verbis
 iunctis deprehenderimus, modo enim linguae uſum Grammaticaeque
 regulas obſeruat, modo contra eas in iisdem verbis turpiter peccat.
 Quam parum autem ea perſpicuitatis gaudeat praefantia nunc vi-
 deamus.

§. VI.

Multo minus
 perſpicua.

Suam vt ſententiae perſpicuitatem tanquam alteram AVGVSTI-
 NO auctore verſionis Italiae virtutem nobis perſuadeat BLANCHINVS,
 inter alia haec commemorat exempla. Psalm. CXIX. 120. *Conſige cla-*
uis a timore tuo carnes meas. καθήλωσον ἐκ τῆ φόβου σου τὰς σάρκας
 μου. Vulg. *Conſige timore tuo carnes meas.* Quae ſit magis perſpicua,
 quiſque facile iudicabit; Saltem verba *a timore tuo* perſpicuitati minus
 fauent. **) Pf. XI. 3. *in obſcura luna ἐν ſκοτομόνη.* Vulg. *in Obſcuro.*
 Ergo in obſcura luna tantummodo inſidiae piis fruuntur? Pf. XXIV.
 7. 9. *tollite portas principes veſtri.* Satis tenaciter quidem, ſed quam per-

*) Sed et Veron. in eod. Psalm. συνέτισόν με, *intellectum da mihi, intelligere*
me fac. conſtante praeter hunc vnum locum conuertit, vt mirer, quod
 hoc non potius ab Auctore tanquam verborum tenacius allegetur.

**) Sed et ei ὁ hui. loci ſenſum non perceperunt, qui eſt: Horreo prae
 timore tuo. Etymologiam ſcilicet כֶּסֶל כֶּסֶל, quod ſaltem Arabibus et
 Chaldaeis eſt, Clavis ſigere, firmare, vt et כֶּסֶל כֶּסֶל חֶלְוִי, clavi ſunt, ſpe-
 ſarunt, deinde pro imperatio acciperunt. Aquila quidem, licet et
 ipſe ſequatur verbi notationem, ſenſum tamen hebraicorum verborum ex-
 preſſit, vertens: ἡλωθῃ ἀπὸ πρὸς σεως ἡ σὰρξ μου. Symm. vero, ὀρροτριχῶ. Sic
 et Hier. *horripilat.* Sed et Iob. IV. 15. LXX. כֶּסֶל per φρίτταν. vertunt.



perspicue, nescio. ἀρατα πύλας οἱ ἀρχοντες ὑμῶν. Vulg. *Vestras.* *) Pl. XXXII. 3. *Inueterauerunt ossa mea a clamando me. ἀπὸ τῆ κρᾶζειν με.* Vulg. *dum clamarem.* CXIX. 173. *Fiat manus tua saluum me facere. τῆ σῶσαι με.* Sed relinquamus suam Viro doctissimo perspicuitatem, et addamus quaedam alia, fortasse ne haec quidem ei obscura videbantur. Pl. XXXI. 22. *In ciuitate circumstantiae. ἐν πόλει περισχῆς.* Vulg. melius *In ciuitate munita*, quamquam rectius, munimentis circumuallata et obsessa. **) Pl. XXXIX. 8. *Et substantia mea ante te est semper.* intelligit sane nemo, nisi sciat ὑπέσασιν et ἐλπίδα esse Synonyma, et respondere hebr. הוהלת, cf. 69. 3. Sed et Vulg. retinuit *substantiam.* Pl. LX. 3. *Potasti nos vinum stimulationis. ἐπότισας ὑμᾶς οἶνον κατανύξεως.* Vulg. *Vino compunctionis.* Neutra perspicue. ***) Pl. LXII. 4. *Quousque adpronitis super homines? satis tenaciter, sed quo sensu nescio. ἐπιτίθεσθε ἐπ' ἀνθρώπων.* Vulg. recte *irruitis in hominem.* nam ἐπιτίθεσθαι τινὶ s. ἐπὶ τινὶ est *aggredi aliquem, vim alicui inferre quocumque modo.* h. l. vexatis, affligitis. Est enim hebr. הרתתו sine dubio ab הרה s. הרהה, aerumna, calamitas, ἐπιβελή, ἐπήρησα. Aqu. ἕως τίνας ἐπιβελέετε. sym. *ματαιοπονήσεται*, i. e. vanum et noxium laborem suscipitis, scil. calumniando, insidiando et vexando innocentes. Pl. LXVIII. 14. *Si dormiatis inter medios clericos cum* Vulg. nimium h. l. Latini interpretes tenaces sunt, quomodo autem perspicuitati sic consulatur, non intelligo. Nemo enim hunc locum intelliget, nisi sciat, quid sint Graecorum κληροὶ et Hebraeorum כְּהֹנָיִם. ****) Sic nemo porro facile intelliget, quid sit

B 3 eiusd.

*) Fere cum Hieron. ex Hebr. qui per ἀποστροφὴν ad templum, hunc locum interpretatur: *Leuate portae capita vestra, et eleuamini ianuae Sempiternae.* i. e. aperite limina vestra superiora, haec enim sunt quasi capita portarum: Sequitur autem Aquilam ἀρατα πύλας κεφαλὰς ὑμῶν, καὶ ἐπάριθητε ἀνοίγματα τὰ αἰώνια.

**) conf. 2 Reg. XXV. 2. vbi Sym. ἐν πόλει περιπεφραγμένη.

**) Cum vero LXX. alias כְּהֹנָיִם v. c. ψ. 76. 7. Dan. 10. 9. per κατανύττεσθαι et κρᾶζειν. et Ion. 1. 5. 6. per βέγγειν vertant, הוהרת autem per ἕκασιν, κατάνη, facile intelligitur, h. l. οἶνον κατανύξεως vinum fortius esse, quod caput tentet, soporem et stuporem excitet. Ergo Hieron. recte et perspicue *Vino consopiente.* Aqu. οἶνον κρᾶσεως. Sym. σάλω Pl. 68. 28. LXX. sine dubio pro כְּהֹנָיִם, imperans iis, כְּהֹנָיִם in mente habuerunt, verentes ἐν ἕκαστοι. Ex his apparet, quid sit πνεῦμα κατανύξεως, Rom. XI. 8.

****) Sic et LXX. Genes. XLIX. 14. Atque Iud. V. 16. et Symm. h. l. reddunt. Hefych. quidem explicat μερίδες, et haud dubie ad vnum horum loco-



eiusd. Pl. v. 16. *mons incascatus* et Vulg. *mons coagulatus*. Quanquam hic culpa τοῖς ὁ adscribi potest, qui מִבְּנֵי, quod descendit a בֵּן, κρητός, multa iuga habens, gibbosus, deriuarunt a vocabulo גִּבְיָהּ, τυγής, Cafeus; (fortasse ab vna eademque descendunt origine,) et vertunt ὄρος τετυρωμένον. Sym. autem ὄρος ἐψηλότατον. Atqu. ἔφευόμενα. HIER. *mons excelsus*, Pl. LXXXVIII. 8. *omnes suspensiones tuas super me induxisti*. Quis quaeso perspicuitatem in his verbis agnoscat, aut ista intelligat, nisi sciat, μετεωρισμὸς τοῖς ὁ esse νόματα, et respondere hebr. מַשְׁכֵּרִי, hoc autem Hebraeis praeter fluctus tralate vt Lat. tempestatem, omne genus calamitatis et miseriae signare? cum porro graeca versio, quam latinitati donare interpretis noster aggressus est, hebraici magis sermonis formam, quam graeci referat, quis non statim intelligit, Versionem nostram ita scaterere hebraicae linguae formulis, hebraicorum verborum connexionibus et significatibus, vt qui istius linguae indolem et naturam ignoret, maximo in periculo sit, ne aut saepius praeter sonum verborum nihil percipiat, potestatemque verbis subiectam non intelligat, aut iis aliam plane et a verbis lectis vel auditis alienam vim tribuat? rem manifestam, nullaque probatione egentem, credo, loquor, nimisque vsu et experientia probatam. Quae vero in versione τῶν ὁ non modo toleranda, sed etiam probanda et laudanda erant, haec in lingua latina nequaquam sunt ferenda, quippe quae hominibus non hebraicae linguae indolis, sed latinae assuetis scripta est. Difficile erit, quaedam ex tanta copia (omnia enim sunt hebraica) eligere praecipua. Sic v. c. Pl. XLI. 1. verba graeca, μακάριος ὁ συνίων ἐπὶ πτωχῶν καὶ πένητα reddidit noster: *Beatus, qui intelligit super egenum et pauperem*. Intelligat, qui possit, nemo sane, nisi cogitet hebraica: אֲשֶׁרִי מַשְׁכֵּרִי אֵל דָּר i. e. qui animum aduertit, ad pauperis miseriam leuandam: in eod. Pl. v. 9. occurrit alius hebraismus, non adiiacet, vt surgat, pro, non iterum surgat: vt omitam alia hebraicarum locutionum genera quam plurima, v. c. a facie peccati, arcus, filii phavetrac, prunarum et eiusmodi plura, quae antiquo cum Vulgata sunt communia, hoc tamen cum discrimine, vt ille ita verborum tenax sit, vt nihil dubitet, non solum in verbis iunctis, sed etiam in singulis, contra linguae naturam et regulas grammaticas peccare. Etenim sibi non ducit religioni, Parti-
ber,

locorum respexit. Ergo idem, quod φυλακίαι, et שְׁמַיִם idem, quod שְׁמַיִם, sed nec ipsi nobis satisfacimus.



bor, dimetibor, custodibo, floriet, disperiet, exiet, non obliuiscor, ad adiunandum mihi, ad vespera, secundum malitia, et talia sexcenta cructare, omninoque ita haec versio comparata est, vt a linguae latinae imperito, et ad exemplum Aquilae fortasse ab Ex-Iudaeo (alium enim quemcunque ita insanum vix putauerim) concinnata videatur. Hic habes ob verborum tenacitatem, sententiaeque perspicuitatem laudatae Italae seu veteris interpretationis eiusque perspicuitatis formam, quae, si nobis pura et genuina superstes mansisset, haberemus quidem obscuram, soloecam et barbaram τῶν ὁ versionem, sed doctis tamen gratam, et ad lectiones graecae versionis diiudicandas et restituendas perquam vtilem, quae contra textus hebraici auctoritatem vtro multo minus, quam graeca ipsa, valeret.

§. VII.

Vt autem manifestius appareat, quam parum auctoritatis vetus interpretatio latina contra hebraei codicis veritatem habeat, in animum induximus ostendere, quam rudis hebraeo-graecarum literarum vetus interpres fuerit, et quam saepe, turpiterque in exponendis verbis graecis lapsus sit, aut saltem perobscure ea veterit, quanquam iisdem vitiiis saepius etiam Vulgatam laborantem offendimus, quae vero sine dubio aut ex veteri post HIERONYMI aetatem in eam irrepsisse, aut saltem eo inuito in ea mansisse videntur. Ne autem finium eiusmodi libelli angustiam copia exemplorum excedat, paucis tantummodo officii nostri munere perfungemur: huc vero pertinere arbitramur haecce. Pl. XXXI. 24. Lat. *Quoniam virtutem requirit* (Vulg. *requiret*) *dominus*. Gr. ἐζητεῖ, hebr. רָצַח, quod vero h. l. non est *requirere*, sed *studere*, *fauere*, *iuuare*. Solemne fere est τοῖς ὁ רָצַח sic interpretari. Pl. CXIX. v. c. semper per ἐζητεῖν v. c. τὰ μαγείρια, δικαιοματὰ, τὰ λόγια τῆ θεῶ etc. *studere*, *operam dare* praeceptis diuinis. Sed et hic Latini semper *requirere*. it. Pl. CXLII. 5. ἐζητῶν τὴν ψυχὴν με. hebr. שָׁרַר, Lat. *verrunt*, *qui inquirat animam meam*. Quis vero latinorum haec intelligat de cura et ope alteri praestanda, et non potius de insidiis, persecutione inimicorum, sensu plane contrario? praefertim cum alias ζητεῖν τὴν ψυχὴν v. c. Pl. XXXV. 4. XXXVIII. 13. ita occurrat. Pl. XXXIV. 8. Lat. vterque παρεμβάλεῖ reddidit *immitteret*, cum vertendum erat, *Castra ponet*. it. Pl. XXXIX. 8. ὑπόστασιν Lat. vterque per *substantiam* vertit, cum satis notum sit, τοῖς ὁ, ὑπόστασιν idem significare, quod ἐλπῖδα, indeque in Nou. T. in hoc sensu vsurpari; ratio huius significationis nobis quidem optime ex Pl. LXIX. 3, repeti

Veron. Lat.
Auctor he-
braeo-grae-
carum litera-
rum imperi-
tissimus fuit.



repeti posse videtur, vbi LXX. מצמר exponunt ὑπόσασιν, i. e. basin, fundamentum, quo quid niti, atque insistere possit: deinde promiscue תקה et תוחלת per ἐλπίδα et ὑπόσασιν reddunt, vt appareat poni simpliciter pro voce ἐλπίδος. Hoc quoque animaduertendum est, Aquilam solere interdum תוחלת, vbi Alexandrini habeant ἐλπίδα, interpretari καταδοῦσαι et Symm. ἀναμονήν, sicut et Pl. XXXVII. 7. verba לו התהולל explicat Aquila ἀποκαταδόκει αὐτὸν. ex quo didicimus, nullam huic vōcabulo graeco vim peculiarem inesse, vt quidam ad Rom. VIII. 19. et ad Phil. I. 20. volunt. Pl. XLVIII. 3. ὑπολαβεῖν vterque Lat. vertit: *Suscipere*, cum h. l. fit *susplicari, cogitare, animo concipere*: responder enim hebr. קמה, quod Symm. h. l. vertit εὐαίξων. Hier. *Acfliuare*. Pl. L. 21. vero interpretatur idem Symm. per νομίξων, vbi Aqu. Theod. et VII. cum LXX. habent ὑπέλαβες Hier. *Existimasti*. Sed et Vulg. ibi *existimasti*. Pl. XLIX. 18. εὐαν ἀγαθήνης αὐτῷ, Latini vert. *cum benefeceris ei*, sed αὐτῷ respondet hebr. לך. fortasse LXX. leger. לך, at non est necesse: αὐτῷ h. l. pro σεαυτῷ, vt et Sym. vertit, λέγων ἐν ἑαυτῷ, ἐπαινέσεις σε, εὐαν καλῶς ποιήσης σεαυτῷ, et Hier. *laudabunt te, cum bene feceris tibi*. Pl. LV. 15 ἐν ἔμνεοίς, Lat. vet. *Cum consensu*, sed h. l. haud satis recte, respondet enim שרנך, quod Symm. h. l. συνδιαγόμενοι, et alias v. c. Pl. II. κληῶν, et Pl. LXIV. 3. מרגשת ἀπὸ κνήσεως vertit, LXX. vero ibi ἀπὸ πλήθους, ergo h. l. id. quod ἑμοθυμαθὸν, i. e. confertim, vt et Luther. bene: zu Haufe. Pl. LVI. 7. παροικήσου. Veron. *incolent* Vulg. *inhabitant*. Sed h. l. παροικεῖν est *conuenire, aduentare*, ad negotium quoddam conficiendum, cui responder hebr. נור, Sym. etiam h. l. συνήγοτο λάθρα. Hier. *congregabantur abscondite*, et Pl. LV. 16. מנורי aperte sunt congregationes, vbi et Aqu. Sym. ἐν συστροφῇ et Hieron. *in congregatione eorum*, cf. et Pl. CXL. 3. vbi LXX. יגורו cum מלחמות constructum eleg. reddunt παρετάσσοντο πολέμους. Pl. LXIV. 9. Veron. *Infirmatae sunt super eos* (Vulg. contra eos) *linguae eorum* Veron. gr. exesthenefan. Vat. vero ἐξασθενήσαν αὐτὸν ἐπ' αὐτῶς αἱ γλῶσσαι αὐτῶν, sed sine dubio in Vatican. legendum cum Veron. et aliis gr. Edit. ἐξασθενήσαν. responder enim hebr. ויכשילו i. e. *impingere fecerunt eum suam ipsam linguam super semet ipsos*, q. d. fecerunt, vt suis delationibus perituri essent. Sed et verbis graecis hic sensus subest: ἐξασθενεῖν h. l. *transitue*, vt semper, cum responder הכשיל accipiendum, v. c. Mal. II. 8. vbi הכשלתו, ἡσθενήσατε πολλὰς ἐν νόμῳ, i. e. *fecistis*, vt multi in legem offenderent.

Agu.



Aqu. h. l. ita vertit *ἐσκανδάλισαν αὐτὴν ἐπ' αὐτὰς αἱ γλῶσσαι αὐτῶν*. Sym. vero, sensum exprimens sic: *καὶ πταίσει καὶ εὐαντῶν τῶν γλῶσσας αὐτῶν*, quem et Hier. sequitur, *corrueunt in semet ipsos linguas suas*. Pf. LXVIII. 10. *Βροχὴν ἐκείσιν ἀφοριεῖς*, Lat. ver. *Pluuiam voluntariam segregabis*. Sed Latini interpr. vim. τῶ ἀφοριεῖς non recte intellexisse videntur. Alexandr. enim hebr. *הַנְּחַת* promiscue in sacris per *φέρειν*, *ἀφαίρειν*, *ἀφορίζειν* exprimunt. Ergo h. l. *ἀφοριεῖς* nihil aliud est, quam *ἠνεγκας*, *παρέχεις*, i. *ἔσεις*, *παρέξεις*, i. e. pluuiam largam, fructiferam largieris. Pf. LXXVIII. 8. *ἐπισώθη μετὰ τῶ θεῷ τὸ πνεῦμα αὐτῆς*. Veron. *non est creditus cum Deo spiritus eorum* (Vulg. eius) *Nemo credo*, haec facile intelliget. Sed verba graeca sic sunt interpretanda: homines istius acui non probati, et constantes in fide reperti sunt coram Deo. Hoc est enim hebr. *הַנְּחַת*, animus eius non fidelis, sincerus mansit, quod nunquam vere Deo crediderunt. Sed et Hesych. *πιστέμενος· βεβαιύμενος*. cf. v. 37. vbi Vulg. recte, non fideles habiti sunt in testimonio eius. cf. et Pf. LXXXIX. 29. 38. XCIII. 4. etc. Aqu. et Sym. h. l. *καὶ ἀβέβαιος πρὸς τὸν θεὸν τῷ πνεύματι τῷ εὐαντῆς*. Hier. *non credidit Deo*. Pf. LXXXIX. 15. a Latin. vtroque redditur *ἐτοιμασία*, *praeparatio*. *Iustitia et iudicium praeparatio sedis tuae*. Sed h. l. *ἐτοιμασία* est fundamentum, basis, id. q. *σερέωμα* i. e. folium tuum nititur iustitia et aequitate. Recte LVTHERVS, deines Stuhles Vestung. Nam *כּוֹן* saepe est *σερέων*, et sic ap. LXX. *ἐτοιμάξω* et *σερέων* permutantur: sic reddunt v. c. Pf. CIV. 5. *הַנְּחַת תִּן אֶסְפָּלֵיִךְ אֲנִי*, sed et ex Aquilae et Symmachi interpretatione hoc apparet. Aqu. h. l. *τὸ ἔδρασμα* et Sym. *βάσις τῶ θρόνου σου*. et Hieron. *firmamentum throni tui* cf. v. 22. hui. Psalmi vbi ALEXANDRINI *כּוֹן תִּכּוֹן* bene *συναντιλέφεται* αὐτῶ. Sed Sym. *ἡ δεξιὰ μου βεβαιώσιν συνέσασιν αὐτῶ*, et v. 38. *כּוֹן יִכּוֹן* Alex. *ὡς ἡ σελήνη κατηρητισμένη*. Sym. *ὡς ἡ μῆνη ἔδραμα αἰωνίως μένει*, vt alios quam plurimos locos omittamus Pf. XCIV. 1. Alexandr. vertunt *כּוֹן* *ἐπαρέρησάσατο*. Verba haec in Veron. defunt. Augustin. in suo cod. habet, *fidenter egit*. Fortasse et sic Veron. habuit. Vulg. *libere egit*. Sed *ἐπαρέρησάσατο τοῖς* ὁ h. l. idem est, quod *ἐν παρέρησια ἤλθε*. Nam Pf. L. 2. idem verbum reddunt *ἐμφανῶς ἔξει*, vbi reliqui Graeci *ἐπιφάνηθι* et Hier. *ostendere*. cf. ep. ad Coloss. II. 15. *τὰς ἐξουσίας ἐδειγμάτισεν ἐν παρέρησια* i. e. palam probro affecit. cf. et acta apostol. IX. 27. 28. Sic et Pf. CIX. 4. Lat. Veron. et Vulg. falso interpretati sunt. Gr. *ἀντὶ τῶ ἀγαπήν με*, *pro eo vt diligerent me*, cum ex hebraeo

C

statim



statim appareat, esse debere, *pro meo amore, pro eo, quod ego eos dilexi*. Pf. CXXII. 2. Veron. ἐρωτήσατε explicat interrogate, cum esse debeat *rogate*, vt et Vulg. habet. Quia vero hoc duplici sensu hoc verbum gaudet, vt et hebr. לָשׁוּ, Veron. Lat. seu, si malis, Italiae auctor falsum arripuit significatum.

§. VIII.

Blanchini argumentatio de Italiae integritate refellitur.

Priusquam vero Italiam, s. Veterem latinam versionem dimitteremus, visum nobis est, a re non alienum esse, de Blanchini antesignano quasi argumentorum duce, quo maxime nititur, et quo Italiae summam auctoritatem dignitatemque conciliare conatur, quaedam disserere, simulque Blanchinianam concludendi rationem patefacere. Illud ipsum autem decumanum argumentum sic p. 223. profertur: *Concedant vero, geminas versiones incorruptas esse, si similes, quod negari nullo modo potest: quod autem perfecte, et absolute ita pares sint, vt inter eas fere nihil intersit, legenti certe constabit. Ergo vtraque vera, si similis, duae namque verae et discrepantes esse non possunt.* Geminae autem istae versiones, inter quas comparationem instituit, est *graeca Sixtinae editionis* s. codicis Vaticani, et *Itala* s. *Vetus Latina*. (Vaticanum enim exemplar incorruptum, et cum reliquis, etiam Alexandrino minime comparandum putat, cuius praestantiam integritatemque ex comparatione cum Itala demonstrare conatur.) Quis vero non statim videt, propositionem illam: geminas versiones, si similes, incorruptas esse, si quidem *τὸ incorruptas esse* ad fontem, vnde fluxerint eae, referatur, idemque significet, ac integrum, verum, consentiens exemplari esse, non in vniuersum semper et vbique veram, sed cum restrictione, vt philosophi loquuntur, accipiendam esse? Si scilicet ex vno eodemque incorrupto manarint fonte, sique non vna ex altera facta aut correctata sit. Cum vero inter omnes satis constet, nihilque nisi oculis ad hoc demonstrandum opus sit, Italiam seu Veterem Latinam non ab Hebraea matre, sed Graeca filia partam esse, quid ergo mirum, si ambae similes, si ita pares sint, vt *fere nihil* inter eas intersit? num propterea vtraque vera et incorrupta sit necesse est? nonne potius, si Graeca corrupta et falsa fuerit, Latina necessario iisdem, quibus ea, ex qua nata est, maculis conspersa putanda est? Sin vero ea Blanchini mens est, vt videtur, vt ex eo tempore, quo natae sint geminae istae versiones, omnis corruptionis et deprauationis expertes mansisse existimet, iterum ponendum et cauendum est, ne vna ex altera correctata sit. Quomodo autem hoc factum non esse nobis persuadebit



debit, cum HIERONYMVS, AVGVSTINVS, omnesque istius aevi doctiores patres clament, latinas versiones corruptissimas ac diuersissimas fuisse, *tot Exemplaria, quot codices?* in tanta igitur diuersitate et corruptione plerique ad Graecorum confugerunt fidem, indeque ex riuulis scilicet turbulentis, quia iis fons purissimus et liquidissimus oclusus erat, remedium pro malo petuerunt, donec HIERONYMO gustata prius Graecorum amara minusque salubri aqua, ad ipsum dulcissimae et saluberrimae aquae fontem Hebraeorum pergere liceret. Correcta itaque ex Graeca fuit Latina, quae ante Hieronomianam in ecclesia obtinuit, Versio, ab ipso HIERONYMO, AVGVSTINO, aliisque quam plurimis, quibus aliqua facultas graecae literas intelligendi esset, vt ipse AVGVSTINVS grauiter questus est in L. II. de doct. Christ. cap. XI. vt omitteremus, Graecam subinde limam et correctionem Latinae expertam esse. Et tu miraberis, inter vtramque similitudinem aliquam (talem enim non esse, qualem Blanchinus vult, infra docebitur,) obtinere? At vero, quae tandem caussa fuit, cur Patres Veterem Latinam ex Graeca corrigerent, cum illa ex mente Cl. Auctoris omni falsitate Codicum antiquior fuerit? iuuat enim eum ipsum loquentem audire: *interest autem plurimum animaduertere, inquit p. 223. italiam esse omni falsitate codicum antiquiorem, ac nobis exhibere Versionem τῶν ὁ, qualis apostolica aetate Christianorum manibus reerebatur; vt eius auctoritas multo potior sit, ad veritatem confirmandam Graecorum fontium primitiuorum, quam perduellium inscruationes ad infirmendam: breui post: Desperatae caussae patrocinium impulit Calvinista et Lutheranos, (qui primi se ad Vulgatam editionem impetendam contulerunt) vt omnibus translationibus repudiatis, se totos in hebraicis fontibus iudicandos collocarent: Sed in hoc haeticos castigo, quod ex recentioribus textibus, et foede vitiatas, non ex purissimis fontibus i. e. Itala de sacrarum scripturarum sinceritate existimant. Satis pro imperio, solidumque conuiciorum plaustrum, quibus si pugnandum est, libenter victas manus dabimus; ita enim in hoc genere faciendus est Auctor, vt singulis fere paginis haeticorum peruersitas, rabidi aduersariorum dentes, CALVINI et LVTHERI gregales, tortuosam intemperantis critices genus, pestes, aures personent. Sed redeamus ad id, de quo dicere coeperamus; cur igitur ex Graeca Italam, omni falsitate codicum antiquiorem correxerunt? boni Patres aut id ignorarunt, aut illos Italiae codices incorruptos, quos Blanchinus secunda fortuna sic ferente nactus est, non habuerunt. O stupendam minimeque ignoscendam*



cendam Patrum seu ignorantiam seu negligentiam! Deinde vero nos-
 ter sub his verbis, *ut inter eas fere nihil intersit*, tanquam anguis in
 herba latere videtur. Quodnam discrimen inter duas versiones, qua-
 rum vna ex altera nata et correctâ est, haberi vult Blanchinus? maio-
 rem certe similitudinem inter eas deprehendat necesse est, quam inter
 biblia hebraica, et Alcoranum, aut Codicem Theodosianum. Verum
 enim vero multum, nostra quidem sententia, inter vtramque versio-
 nem interesse, paucis ostendemus, simulque assumptionem huius argu-
 menti refutabimus. Pf. v. c. XXXVII. 24. Vet. Lat. ex cod. Veron.
 legit: *Cum ceciderit, non perturbabitur*: Vatican. cum Veron. Gr. ἡ κα-
 ταπέραχθήσεται inde Vulg. *non collidetur*. Legit vet. interpres: ἡ
 καταπέραχθήσεται. Eiusd. Pf. v. 29. Vet. Lat. *iniusti autem pu-
 nientur*. iuxta alias Gr. Editt. Vatic. vero ἀμωμοὶ ἐνδικηθήσονται i. in-
 iuria probis illata vindicabitur, in Hebr. haec verba prorsus defunt.
 Pf. LVIII. 10. Lat. Vet. *priusquam producat spinas vestras rhamnus*.
 Vat. vero, πρὸ τῆ συνιέναι. Vulg. inde, *priusquam intelligerent*. Pf.
 LXII. 2. Vet. Lat. *Quoniam ab ipso est patientia mea*. Vat. τὸ σωτή-
 ριόν μου. cum Vulg. *Salutare meum*. Lectio Veteris ex v. 6. recepta
 est. Pf. XCV. 10. Vet. *Proximus fui*. Vat. προσώχθισα, cum aliis
 Gr. et Vulg. *Offensus fui*. legit vetus fortasse προσήγγισα, aut tale
 quid. Pf. CXXXII. 15. Vet. cum Vulg. *Viduum eius benedicens*: iuxta
 gr. Veron. ten cheran. Sed Vatican. recte τὴν θήραν, חַיִּיתָ i. e. omne
 genus ciborum, et annonae prouentus. Cf. Ies. IX. 5. Nehem. XIII.
 15. quare Aquila h. l. ἐπισιτισμὸν et Sym. τὴν σίτησιν αὐτῆς reddi-
 derunt. Haec de singulis verbis sufficiant. Maioris discrepantiae
 et varietatis sunt haec. Pf. XVIII. 20. Vetus totum v. 18. repetit,
 qui abest a Vatic. et Vulg. i. hebr. Pf. XXV. 14. Vet. *Et nomen domi-
 ni timentibus eum*. Sed hoc abest a Vatic. Pf. XXXVIII. 22. Vet. *Et
 proiecerunt me dilectum tanquam mortuum et abominatum*, defunt haec
 in Vat. et Vulg. i. hebr. Pf. LVI. 14. Vet. *oculos meos a lachrymis*,
 quae Vat. cum Vulg. non agnoscit. Pf. LXV. 3. Vetus post verba:
stuctuum eius addit, quis suffert? Vat. cum Vulg. iterum reticet. Pf.
 LXXIV. 6 defunt in Vet. Lat. haec: *Incenderunt igni sanctuarium tuum*.
 quae recte in Vat. leguntur. Psalm CXVI. 13. deficiunt in Vet. *Vota
 mea domino reddam coram omni populo eius*. Atque ne quis putet haec
 temporis iniuria a cod. esse abrasa, alii etiam veteres Psalmorum libri
 iis carent v. c. Augustini, Cassiodori, Romanus et alii, quorum le-
 ctiones Blanchinus conferre solet, qui vero Veteri interpreti in plu-
 rimis



rimis respondent. Sed plura huius generis in sequentibus occurrent. Nobis saltem vel ex his manifestum esse videtur, falsum esse, quod noster tam audacter affirmet: *Nihil esse vnum vni tam simile, tam par, quam Sixtinam editionem antiquo interpreti, quum in ambobus fere nulla re differentibus appareat perfecta conformitas.*

§. VIII.

Veniamus nunc ad alteram Psalterii Veronensis partem, id est, *Veron. graec. Codex cum* ad graecam huius codicis, sed latinis literis exaratam Versionem, quam *contra* Blanchinus illam ante Origenis tempora usitatam *hebr. LXX. et* et Vulgatam esse p. 243. et seqq. probare conatur, quamque nullam *alios interpretes conuenit.* aliam ob causam cum itala in lucem edidisse videtur, quam quod eam genuinam, et Apostolorum tempore usitatam τὸν ὁ putat esse versionem, Codicemque Veronensem vnum esse ex his paucissimis, qui eam conseruarint incorruptam immaculatamque. Quod quidem quamquam non disertis verbis affirmare audeat, satis tamen patet ex omni copiosissimae epistolae ad Francisc. Corium datae argumento, atque ex verbis, quibus affirmat diserte, inuenta Itala, inuentam esse illam Apostolorum aetate florentem, veramque τὸν ὁ versionem. Ut suam autem noster ratam faceret sententiam, rem ita aggressus est, vt adhibita eadem ratione, quam HODIVS ET ARMACHANVS adhibuerunt, ne videretur, vt ait, illam deseruisse viam, quae ab ipsis ad discrimen Communis et Hexaplaris ostendendum erat instituta, Codicis Veronensis lectiones cum iis, quae in insigni illa HIERONYMI epistola ad Sun. et Fret. ex codice istorum Getarum tanquam lectiones editionis Vulgatae proferuntur, compararet. *) Nos vero eadem instituta comparatione, factaque vtriusque lectionum recensione, vidimus quidem, in plerisque Codicem Veronensem cum lectionibus codicis Sunniae et Fretellae ita conuenire, vt etiam contra Hebr. Septuag. **) et alios interpretes referat eius lectiones. Nihilominus tamen non pauca sunt, in quibus Veronensis a codice Getarum dif-

C 3

cordat,

*) Recensentur autem in scheda Sun. et Fret. lectiones Gallicanae Versionis ex edit. Hexaplaris sumtae, et τῶν κωνσταντινουσίων, earumque varietates, non vero antiquae corruptae latinae, quod contra omnes HIERONYMI editores euincere studet, et nostra quidem sententia fere euicit Auctor p. 246. seqq.

***) id est ea τὸν ὁ Versio, quam HIERONYMVS tanquam puriorem verioremq; in epist. ad Sun. et Fret. laudat, sine dubio intelligit Hexaplarum.



cordat, quae quidem noster non dissimulat, sed ita tamen profert, vt simul asserere videatur, dissensum non nisi propter consensum codicis cum Hebr. τοῖς ὁ et aliis interpretibus fieri, id. e. Codicem Veronensem tum demum a codice Sunniano s. τοῖς κοινῆς dissidere, cum hic Hebraeum, τοῖς ὁ, et alios interpretes relinquit, quod quidem verum est, sed hoc est, quod quaeramus, cur in iis a communi abeat, cum in aliis, et quidem plurimis contra textum hebr. septuaginta, et alius interpretes tenacissime ei adhaereat. Operae pretium erit, vt indoles quasi et praestantia codicis cognoscatur, etiam hui. generis quaedam percensere. V. c. Pl. V. 9. *Dirige in conspectu meo viam tuam.* *) Sed Veron. cum Vat. et Alex. σὲ, τὴν ἑδὼν μου. Sed vt Hieron. dicit, contra LXX et omnes interpretes, et sola κοινῆ editio hanc lectionem habuit. Pl. XVIII. 36. Veron. cum Vat. σωτηρίας μου, cum Gr. codice Ger. Sun. et Fret. At in Hebr. et iuxta omnes interpretes *Salutis tuae*. Pl. XXIII. 5. Veron. cum Get. legit *Calix tuus*, licet LXX. Hebr. et omnes interpretes habeant, *meus* Pl. XLVIII. 9. Veron. cum Vat. et Alex. ἐν μέσω τῶ λαοῦ σου. *Pro eo*, inquit HIERONYMVS, *quod nos de Hebr. et de LXX. interpretibus verimus*: templi tui, *legitis*, populi tui, *quod superfluum est*: Sed legendum cum Vallarsio, *quod falsum est*. Est enim manifestus, quanquam perantiquus scribarum error pro ναοῦ σου. Sed et Lat. Veron. habet *Populi tui*, omni corruptione scilicet antiquior. Pl. LIX. 12. Veron. vterque cum Vaticano et Alex. μὴ ποτε ἐπιλάθωνται τοῦ νόμου σου. Sed in Hebr. et LXX. *populi mei* fuisse affirmat HIERONYMVS; sine dubio lectio haec τῶ νόμου σου a negligentia librarii cuiusdam orta est, nec necesse est, vt putat Cl. Vallarsius, cum ei Symm. suffragetur, vtramque olim in hebr. textu extitisse, cum hic error facile potuerit in Sym. versionem transferri, aut pro Symmachi falso haberi versione. Ceterum quae hodie supersunt τῶν ὁ librorum exempla non *populum*, sed *legem*, s. νόμον, non λαὸν praeferunt, Vallarsio ad h. l. docente, in nullo igitur verba τῶν ὁ genuina hodie supersunt. Pl. LXII. 18. *benedictus Dominus deus, deus Israel*: bis *deus* non fuit in cod. Get. et neuter Veron. nec Vat. nec Alex. nec Vulg. habet, cum in Hebraeo sit, et apud LXX. Hieron. teste fuerit. LXXXIX. 20. Veron. cum Get. et Vat. τοῖς ἑσῆς σου, sed omnes interpretes iuxta Hebr. ὁσῆς σου. XC. 2.

*) Verba Latina sunt HIERONYMI ex Gallicana i. e. Hexapl. Versione et recensemus ipsius verba, vti extant in ep. ad Sun. et Fret.

XC. 2. in seculo, et usque in seculum tu es deus. Et dicitis, ait HIERONYMVS, quod in Graeco non sit deus (vt et in neutro Veron.) quod apud eos deesse manifestum est. Nam et in Hebr. habet, et omnes alii interpretes et LXX. similiter transtulerunt. Sed nec hodie Vat. nec vllus Codex habet, affirmante Vallarso ad h. l. XCVIII. 3. misericordiae suae. Veron. cum Gr. Get. addit Iacob, quod superfluum iudicat HIERONYMVS, sed iterum Gr. libri omnes habent. CXIX. 109. Veron. cum Get. libro: Animam meam in manibus tuis. Sed Hebr. LXX. et omnes interpretes in manibus meis semper. Veronensi iterum consentiunt Vat. et Alexandr. CXXXVIII. 2. Veron. et Get. ἐπὶ πάντας. Sic et Alexandr. LXX. vero auctore Hieron. ἐπὶ πάντων, cum Vat. et Vulg. CXL. 6. Veron. cum Getis legit: τοῖς ποσίν μου, quod Hieron. superfluum pronunciat. Sed et Vat. et Vulg. hoc additum habent. Habeo igitur, inquit V. D. quod volo. Est ergo Verus communis versio, quae codice Veron. continetur. Quanquam libenter concedimus, hunc codicem maxima ex parte constare Veteris communis lectionibus, eamque ob causam corruptissimum esse, vt vidimus, et infra leuculentius videbimus, solas tamen purasque eum nobis exhibere κοινής lectiones vetant sequentia.

§. X.

Discrepat enim Veronenſis a κοινή f. Codice Sunn. et Frerellae in multis ab praeter alia in his. Pf. VII. 9. iudica me, domine, secundum iustitiam ea discrepat. meam, pro quo habetur in Gr. Get. κατὰ τὴν δικαιοσύνην σου. Sed Veron. h. l. mu cum Hexapl. et aliis interpretibus iuxta Hebr. Pf. XVII. 8. Custodi me, vt pupillam oculi Cod. Sun. addit Domine, quod Veron. omittit, iuxta Hebr. aliosque interpretes graecos. Sic Pf. XXVIII. 2. et XXXI. 5. in vtroque loco κοινή add. Domine, in priore ei concinit Vulg. in poster. Vat. et Alexandr. Sed abest ab vtraque Veron. Pf. XVIII. 48. Cod. Get. ab inimicis meis fortibus f. potentibus δυνατῶν. Veron. vero cum aliis Gr. edit. Orgilon. ab Hebr. prorsus abest, et addiderunt, inquit Hieron. LXX. iracundis. Pf. XIX. 7. Exsultauit vt gigas ad currendum viam suam. Et dicitis, inquit Hieron. quod in Gr. suam non habeat, sed hoc sub veru additum reperimus, et in hebr. non esse manifestum est. Veron. quidem etiam non habet, sed tamen in κοινή fuit, et in aliis Gr. libris, et in Vulg. adhuc est. Contra Pf. XXV. 4. Veron. sartum tectum seruauit, quod sub veru additum fuit: Eschynthetosan pantes: πάντες in Gr. Get. non fuit: et bene, inquit Hieron. nec in hebr. habet. sed in LXX. sub veru additum est: hic
Lat.



Lat. Veron. recedit a Gr. siquidem omnes non habet, sed Vulg. retinuit. Pf. XXXIX. 12. Veron. iterum lectionem veru iugulatam habet, qua Codex Get. caret. *Veruntamen vane conturbatur omnis homo. Et dicitis, verba Hieronymi sunt, vos in Gr. non inuenisse* conturbatur. *Sed et hoc in LXX. sub veru additum est. Et hinc,* pergit S. doctor, *apud vos et apud plerosque error exoritur, quod scriptorum negligentia virgulis et asteriscis subtractis distinctio vniuersa confunditur.* En causam vniuersalis confusionis et varietatis Gr. Codicum, iam tempore HIERONYMI factae! Pf. XL. 14. *Domine in adiutorium meum respice.* Pro quo cod. Sunn. *σπεῦσον*, sed ap. LXX. auctore HIERONYMO, *πρόσχες*. Veron. *prothes*. sed leg. *profches*. Alex. vero *σπεῦσον* cum Sunn. XLII. 11. *Exprobauerunt mihi, qui tribulant me. οἱ θλιβόντες με.* Sunn. Cod. *οἱ ἐχθροὶ μου*, vt et Vat. Veron. vero cum LXX. testē Hieron. *οἱ θλιβόντες με.* Vulg. vtramque coniungit lectionem, *inimici, qui tribulant me.* Pf. L. 22. *Ne quando rapiat, et sit, qui eripiat*, sed in Gr. Get. erat. *et non sit*, vt et Hieron. verterat, et Veron. recte habet, sed hoc miramur, quod HIERONYMVS s. potius Sunnia et Pretella nullam faciant mentionem, cum totum locum proferant, additamenti: *Sicut leo*, quod vterque Veron. custodit, sine dubio in Gr. Sunn. nondum fuit, quanquam psalterium AVGVSTINI illo gaudet. Pf. LXXI. 17. Veron. cum Hexapl. *deus docuisti me.* Sed Gr. Sunn. *ὁ θεός με.* Ei. v. 18. Veron. *brachiona su* cum Gallic. edit. Sunnia vero *mirabilia tua* legit. Pf. CV. 42. cod. Sunn. habuit, *ὃν διέθετο.* Sed his caret Veron. vtraque, et omnes aliae gr. Editt. Valarsio vero auctore in not. ad h. l. omnes latinae habent s. *quod disposuit* s. *habuit*, s. *locutus est* Pf. CVIII. 3. *exsurge gloria mea.* Veron. non habet, cum fuerit in cod. Sunn. Sed notandum, quod Vulg. habeat, cum recte absit a Gallicana, quia nec apud Hebraeos, nec apud vllum interpretem auctore HIERONYMO reperiebatur, et ex LVI. Pf. huc translatum iam HIERONYMO videbatur. Pf. CXXXIX. 4. Gr. Sunn. *δῶλος Veron. vero δόλος ἄδικος.* Vat. *λόγος ἄδικος.* Sed LXX. referente Hieron. *λόγος* simplic. i. hebr. habuerunt. Sed et proprias, aut saltem a Communi et Hexaplari alienas sibi vindicat Veronenfis lectiones. Pf. XXVIII. 8. Hier. Gallicana i. e. Hexaplar. *exquisiuit facies mea*, pro quo Sunn. et Fret. legebant, *quaesuit te facies mea*, vt et Vulg. habet. Veron. vero, ezetesa to prosopon su. inde Lat. Veron. *quaesui vultum.* Sed et Vat. *ἐξεζήτησεν τὸ πρόσωπόν σου.* Pf. L. 22. Veron. ne quando rapiat, *sicut leo*, os leon. in cod. Sunn.



Sunn. sine dubio non fuit, vt supra diximus. Pl. LVI. 4. Hier. Gall. *Quoniam multi bellantes aduersum me, ab altitudine diei timebo.* in Sunn. *non timebo.* Veron. vtraque: *tota die ab altitudine diei: quoniam multi sunt, qui debellant me, timebunt.* Sed verbotenus cum ea Vat. Pl. LXV. 10. Hier. Gall. *Praeparatio eius.* Sunn. et Fret. liber omittit eius, quod falsum iudicat Hieron. et corrigit ex hebr. Veronensis autem: *Etymasia su.* Eam sequuntur alii Gr. codd. et vet. Psalteria auctore Blanchino. CV. 30. Gall. *dedit terra eorum vanas.* Pro quo in Sunn. *ἐξήρησεν.* at Veron. *exereuxato.* et Lat. *eructuauit.* CXV. 3. Gall. *Deus autem noster in caelo.* pro quo leg. *Sunn. in caelo et in terra.* Veron. addit *plus, in caelo sursum; in caelo et in terra.* CXLVII. 10. Veron. en tes scenes tu andros. Lat. *incorrupta scilicet, nec in tabernaculis viri.* Vat. autem *ἐν ταῖς νῆμους,* indeque Vulg. *in tibiis.* manifestus librarii lapsus in Veron. Sed vniuersus veterum Psalteriorum chorus inde hausit falsam lectionem *Tabernaculis.* Haec igitur sufficiant ad dissensum inter codicem Veronensem, et Getarum seu *κοινῆς* ostendendum: recte quidem ille ab hoc discrepat, dum cum Hebr. puriorique conuenit Hexaplaris editionis lectione: cum vero alias contra Hebr. Sept. reliquosque interpretes eum presse sequatur, vt vīdimus, cur in his ab eo dissonat, in aliis concordat? aut cur in quibusdam cod. Sunn. et Fret. relinquit, et cum Hebr. Hexapl. aliisque interpretibus conuenit, in quibusdam vero ita cum eo consentit, vt pro vno eodemque habeatur libro? in constantior igitur est haec versio, quam vt eam s. *κοινῆς* s. Hexaplarem appellare possis; modo enim huius modo illus, vt omnes alii gr. libri refert lectiones. Quid? quod facile ex his omnibus perspici posse arbitramur, non adeo facile certoque hodie posse affirmari, hunc vel illum Versionis gr. librum *κοινῆς* seu *ἐξαπλῶν* complecti puram integramque versionem; praesertim cum praeter Lucianum Martyrem, Hesychium et Origenem, celebres illos gr. versionis emendatores, haud dubie multi alii postea exiterint, qui hunc librum toties descriptum, adeoque magis magisque corruptiorem foetidiorumque redditum, seu ex Hebraeo, si qua linguae istius intelligendae facultas fuerit, aut saltem ex Versione aliqua ex eo facta, seu ex alio graeco exemplo, quorum tam varia in diuersis ferebatur regionibus multitudo, corrigerent, saepius vero magis magisque corrumperent. Cum insuper iam HIERONYMI tempore vix vnus aut alter inuentus sit liber, qui ista signa asteriscorum scilicet et obelorum non haberet, vt testatur in Epist. ad August. CXII. Eor.

D

Vall.





Vall. quid mirum? si hodie nullus inteniatur, quin in multis ad Editionem Hexapl. correctus saltem, nisi prorsus descriptus sit. Siquidem saepissime duorum vel plurium interpretationes signis istis criticis in Hexaplis antea quidem distinctae, nunc vero iis omnis et neglectis, nihilominus in hodiernis comparent libris; ut nihil dicamus de iis quam plurimis, quae librariorum saepius vitio ex margine Codicis describendi aut aliunde sciorum emendandi studio, in textum irreperint, ut adeo cum Montefalconio viro doctissimo in Praelim. ad Orig. Hex. p. 43. puram LXX. Versionem, talemque, qualis ante Origenis tempora fuerit, frustra hodie quaeri credamus. Quamquam ne illa quidem pura et ante Origenis tempora usitata τῶν ὁ versio contra hebr. textus auctoritatem quicquam efficeret, cum non solum ante Origenem ita corrupta iam fuerit, ut ne ille quidem eam ex libris redintegrare posset, sed etiam ab initio statim multa traxerit vitia, quod eiusdem Origenis, praeter alia in Commentariis Homilii et Scholiis passim sparsa testimonia, Hexaplorum stupendum opus docet. Etenim non propterea tantum hebr. textum, aliosque Gr. interpretes in eo collocavit, ut quid omissum quid additum et corruptum in versione τῶν ὁ esset, undeque emendatum aut suppletum, appareret, ad hoc enim hebr. textus iam suffecisset, sed etiam quam maxime, nostra quidem sententia, eam ob causam, ut ubi ὁι ὁ a vero aberrassent sensum ex hebr. verborum serie tum aliorum interpretum auxilio genuina et veri sacri textus vis et potestas erui posset: quam quidem sententiam grauiissimo Sum. Ven. ERNESTI iudicio comprobari mirifice gauisi sumus. *) Unde facile intelligitur, quomodo fiat, ut maximus in diiudicandis Gr. versionis τῶν ὁ codicibus doctorum hominum sit dissensus. Angli enim laudant suum Alexandrinum, et culpant Romanum. Romani contra praedicant Vaticanum, et reprehendunt illum, sed et ipsi Vaticanum fautores non idem de eodem sentiunt. Alii enim ex fonte Origeniano ductum affirmant: alii eius limae esse expertem, et puram LXX. Versionem nulla aliena interpretatione commixtam continere, contendunt: alii tamen Luciani Martyris emendandi studio nonnihil contaminatum, concedunt.

Vtrum-

*) Vid. eius Diff. de Origine Interpr. Gram. S. S. Libr. auctore §. 22. p. 24. 25. mentione Summi Viri facta, non possumus non, quin publice declaremus, nos omnia nostra qualiacunque huic Viro, Praeceptorum nostro in aeternum colendo, debere.



Utumque vero tum Vaticanum, tum Alexandrinum in multis a vera τὸν ὁ versione et Hexaplati discedere editione, vel ex superioribus intelligi arbitramur,

§. XI.

Sit vero per nos Graeca Veronensis codicis versio illa κωνή seu *Vtraque Veron. corrupta et interpolata est, et a Vulgata quam plurimum differt.* ante Origenis tempora florens in ecclesia Vulgata; sit etiam eiusdem codicis latina, Verus illa, seu Itala, seu quocumque tandem appellatur nomine, ante HIERONYMI aetatem usitata; quid tum? quid detrimenti causa nostra inde capiet? imo multum commodi nobis inde nascatur necesse est. Habebimus enim tunc antiquitate et vtilitate praestantissimas, Virisque doctis non nisi gratissimas versiones, sed easdem sententis corruptissimas, verbisque horridissimas, mutilas pariter ac interpolatas, a Vulgata vero quam plurimum discrepantes. Atque ne plus, quam probare possumus, dicere, iisque, qui secus putant, iniuriam inferre videamur, in hac Spho (quanquam id iamiam magna ex parte ex §. VIII. intelligi posse credimus) sententiae nostrae fidem adfructandae operam dabimus. Pf. XIV. 3. Veron. vtraque cum Vat. exhibet verbotenus verba Paulina ex ep. ad Rom. c. III. a v. 13, vsque ad 19. ad verba ἰδομεν δὲ. hoc tantum obseruato, quod Veron. gr. verba vers. 14. ita mendose profert: *anto stomat*, pro quo correxit BLANCHINVS *on ta stomat auton gemitu picrias*. iterum mendose omittit ἀγῶς, vbi Latina: *Quorum os maledictionem et amaritudinem plenum est*. v. 15. autem habet *is eccobiene* pro ἐκχέου, vt Vat. habet, fortasse imperitus librarius scribere voluit ἐκκεχυνέου Sed adi Hieron. Libr. XVI. comment. in Ies. Tom. V. ita scribentem: *Denique omnes Graeciae tractatores, qui nobis eruditionis suae in Psalmos commentarios reliquerunt, hos versiculos veru annotant, atque praetereunt; liquido confirmantes, in hebr. non haberi, nec esse in LXX. interpret. sed in edit. Vulgata, quae gr. κωνή dicitur et in toto orbe diuersa est.* Extant et haec in editionibus quibusdam Vulgatae. Pf. XVII. 14. Veron. Lat. *Saturati sunt porcina* Gr. yion, quod ὑέτων et ὑέων esse potest. Sed hic error turpissimus etiam in Gr. quibusdam codd. confrente ipso BLANCHINO obtinuit. Pf. XVIII. 20. post *Voluit me*; Veron. vtr. repetit totum v. 18. Sed abest a Vat. et Vulg. iuxta hebr. eiusd. Pf. v. 30. Veron. *Et in Deo meo sperans transgrediar murum.* Sed τὸ sperans in nullo alio neque Gr. neque Lat. Psalterio inuenitur. Pf. XXXIV. 22. Lat. Veron. *Et non derelinquet omnes.* Sed Gr. cum Vatic. β μὴ πλημμελήσῃσι, indeque Vulg. *et non delinquent* iuxta hebr.



hebr. BLANCHINVS laudat h. I. Hieron. versionem ex hebr. *Et non desolabuntur*, sed fallitur, nam est in Hier. *et non peccabunt*, sine omni variante lectione: vbi Schol. *culpabuntur*. Pf. XXXIX. 5. Gr. Veron. cum Vatic. *παλαιὰς* et Lat. Veron. *Veteres*, sed leg. *παλαιὰς* vt et Vulg. habet *mensurabiles* i. e. breues, sic et Hieron. ex hebraeo. Pf. XLIV. 13. Veron. *et non fuit multitudo* in iubilationibus eorum. Gr. cum Veron. tum Vat. *ἐν τοῖς ἀλλάγμασιν αὐτῶν*. ex hebr. vero patet, legendum esse *ἀλλάγμασιν*, vt et Vet. Libri quidam, auctore BLANCHINO, habent, Vulg. recte, in *commutationibus eorum*. Pf. XLV. 10. Gr. vt. *περιβεβλημένη, πεποικιλμένη*. Lat. Veron. *circumacta, variegata*. Vulg. *circumdata varietate*. At Hieron. in epist. ad Principiam 65. edit. Vall. *quod sequitur*, ait, *circumdata varietate, excepta edit. Vulg. τῶν ὁ scilicet, nullus interpretum transtulit*. Et Montef. in Hexaplis notam ex Euseb. in Psalmos, affert: *περιβεβλημένη, πεποικιλμένη, ἢ Φέρεται ἐν τῷ ἑβραϊκῷ*. ex v. 15. Igitur hae voces huc translatae sunt, vbi *פְּבִיחַ* a LXX. *περιβεβλημένη* et *פְּבִיחַ* *πεποικιλμένη* vertitur, neglecta tamen Hebraeorum distinctione. Hieron. vero versio tum distinctioni, tum verbis hebr. exacte respondet. Pf. LV. 4. Veron. Lat. *Et in ira adumbrabant me*, cum Pf. AVGVSTINI, mutato scil. *ἐνεκόντων* vt Gr. Veron. et Vat. habet in *ἐνεσκόντων*. Vulg. *molesti erant mihi*. Pf. XCVI. 10. Veron. vterque *regnauit a ligno*. apoxyly. Sed et Vat. et Vulg. *ἀπὸ ξύλων* omitunt; atque Hieronymus ea, neque in ea, quae ex hebr. est, neque in Gallicana ex Hexaplarum agnoscit. Versio. v. GLASS. p. 139. edit. nou. nec habemus, quod adiciamus, quia iisdem, quibus LINDANVS, argumentis hanc additionem noster probare conatur; IUSTINI MARTYRIS imprimis testimonio ex *Dial. cum Triph.* ad Syriacae quidem insuper Versionis et CASSIODORI testimonium prouocat, sed inde nihil aliud sequitur, quam quod FULLERVS iam vidit: *in Graeca quadam Psalmorum translatione vel translationis potius exemplari vno aut altero fuisse*. Contra hebraicam veritatem autem prorsus nihil valet, praesertim cum ORIGENES et Hieron. a nostris stent partibus: argumentum vero, quod a Psalmodia romana colligit, nos non tangit. CIX. 22. Veron. *et caro mea immutata est propter misericordiam*. Gr. di eleon. incertum, an pro *ἔλαιον* cum Vat. et Vulg. *propter oleum*, an pro *ἔλαιον*, sic saltem videtur librarius imperitus accepisse. Hier. *absque oleo*, *פֶּשֶׁת* Pf. CXIX. 111. Lat. Veron. *haereditate possedi terram*. Sed vterque Gr. iuxta hebr. *τὰ μαρτυρία σου* et Vulg. *testimonia tua*. Pf.



Pf. CXXVI. 2. in vtr. Veron. defunt verba ἐμεγάλυνε Κύριος τὴ ποίη-
σαι μετ' αὐτῶν. quae Vat. et Vulg. habet iuxta hebr. Pf. CXXXV. 17.
Veron. vterque repetit ex Pf. 113. (i. hebr. 115.) v. 6. 7. a nares ha-
bent vsque ad non clamabunt in faucibus suis. Sed absunt a Vat. cum
Vulg. i. hebr. Pf. CXXXVI v. 6. Verba, qui educit aquam de petra
cupis, quoniam in seculum misericordia eius. a Vat. et Vulg. i. hebr.
iterum absunt. Huc pertinent insuper, quae §. XII. proferuntur. Ta-
lia sexcenta alia proferre nobis facillimum fuisset, in quibus non so-
lum Veronensis, sed et Gr. Vatic. et Vulg. ab hebraeo textu, cum
quo vero semper Hieron. ex hebraeo conueniat, discedant, nisi iam
haec sufficerent, cum ad vtriusque Veron. Psalterii corruptionem in-
terpolationemque, tum ad ipsorum summam a Vat. et Vulg. demon-
strandam discrepantiam; quae si BLANCHINO leuis et nullius mo-
menti, seu, vt loquitur, fere nihil est, sciamus, quid ei graue,
quid multum sit, imo quonam successu his infirmis debilibusque co-
piis firmissima hebraica arcis munimenta oppugnari posse existimet.

§. XII.

Reliquum est, vt quaedam de vtraque Hieronymiana Psalmodum *Vulgata ho-*
dierne, quantum quidem fieri poterit, disseramus; ostensuri, vtram- *dierna non est*
que tum Gallicanam ex Hexaplati editione adornatam, tum illam ex *pura Hiero-*
Hebraeo confectam multum, imo plurimum ab hodierna Vulgata dis- *nymi Gallica-*
fcrepare, e contrario vero mirum in modum nostro cum hebr. textu iis- *na.*
dem in locis consonare. Licet igitur ex sententia Cl. Auctoris p. 284.
Vulgata Psalmodum illa ipsa HIERONYMI Gallicana sit, i. ea, quae
accuratior ex editione hexaplati ab HIERONYMO confecta, in Gallia
vsurpari primum coeperit; non puram tamen et genuinam, sed pari
modo multis in locis corruptam et aliis maculatam esse lectionibus fa-
cile demonstrari potest. Primum enim multa in ea sunt, quae in
HIERONYMI altera ex Hebraeo facta, frustra quaeris, v. c. Pf.
LXVIII. 6. verba: *Turbantur a facie eius.* Pf. LXXII. 17. *Omnes tri-*
bus terrae, quae ex loco Genes. huc translata sunt. Pf. CXVIII. 28.
totus versus 21. repetitus est: *Confitebor tibi (Domine, Veronenses ad-*
dunt) quoniam exaudisti me, et factus es mihi in salutem. Pf. CXXXVIII.
1. *Quoniam audiisti verba oris mei,* et sequuntur haec statim post:
In toto corde meo. Sed in Vaticano ὅτι ἤκουσας πάντα τὰ, κ. τ. λ. sequun-
tur demum post: *ἐναντιον ἀγγέλων ψαλῶ σοι.* Pf. CXIV. 13. *Fidelis*
dominus in verbis suis. cf. Glafs. p. 141. Pf. CLVII. 9. *Et herbam*
seruituti hominum. quae ex Pf. CIII. v. 14. verbotenus repetita sunt.



cf. Montefalc. ad h. l. in Hexaph. Pf. CXLVIII. 5. *Quoniam ipse dixit, et facta sunt.* quae iterum verbotenus ex Pf. XXXIII. 9. huc translata sunt, huc pertinent Pf. XLV. 2. *In Hierusalem.* Pf. LXVII. *et miseretur nostri*, quae Vulg. repetit post verbum; *illuminet*, quae nec in Vatic. habentur. Quod vero Gallicana ea non habuerit, patet ex eo, quod Hieron. in epist. ad Sun. et Fret. discrete affirmat, Gallicanam ita hebraicae veritati conuenisse, *ut, quicquid ab ea discreparet, nulli dubium esset, quin ita et ab Hebraeorum auctoritate discordaret*, quod vero non de singulis verbis aut sententiis, in quibus interdum *κωνη* s. Communis, Hebraeo magis conuenit, quam purior alias Hexaplaris, ut videre licet in epist. laudata, sed potius, consentiente Vallarso, V. D. (quem vid. ad h. l.) de eo, quod nec plus nec minus habeat hebraico textu, intelligi debet. Si igitur haec et alia eiusmodi plura **HIERONYMVS** ex Hebraeo non agnoscit, nec Gallicana sibi vindicabit. Atque etiamsi haec nouis codicibus Gallicanae vindicauerit noster, **HIERONYMVM** quidem mendacii arguerit, nos vero auctoritate et praesidio alterius Hieronymianae tuti et salui erimus. Deinde hodierna Vulgata vel caret quibusdam, vel abundat, quae in epist. Hier. ad Sunn. discrete Communi tribuuntur, iis, quae iamiam §. IX. et X. commemorauimus, pauca tantum addamus. Pf. XXV. 4. CVIII. 3. LXXII. 18. CXL. 6. Sic et Pf. XXXVIII. 2. Vulg. addit *Domine*, quod tantum erat in edit. *κωνη* Pf. XLIV. 11. Vulg. iterum cum corrupto codice Gr. Sunniae addit *Deus* ut eiusd. v. 28. *Domine*, quod in Sunniano libro additum erat. ad Pf. XXIV. 1. vero Montefalconius in Hexaplis notam ex cod. regio antiquissimo profert, quae docet, inscriptionem hodiernae Vulgatae *Prima Sabbathi* non extitisse in Hexaplis, sic et in aliis Psalmis apud Hebraeos inscriptione carentibus saepe factum est, ut iis a LXX. interpretibus et Vulgata titulus praefigeretur quod et Montefalconius in Hexapli. ex Euseb. plerumque annotauit. v. eum ad Pf. XLII. XLIII. etc. Postremo nullum dubium, aut saltem vero simillimum est, manifestos errores ex Veteri in Vulgatam esse translatos v. c. Pf. LXVIII. 3. Vulg. cum Veron. Lat. *iusli epulentur*. Sed vt Gr. iuxta hebr. *עֲשׂוּ עֲשׂוּ* ἐν Θεῶν δὴ τῶσαν, quamquam Vat., auctore **BLANCHINO**, ἐν Θεῶν δὴ τῶσαν, sed vnum idemque est. *Epulentur* itaque non potest esse lectio Gallicanae. Pf. CXXXII. 15. Vulg. iterum cum Vet. i. gr. Veron. et nonnullos Graecos libros *viduam eius benedicens benedicam*. Sed Vat. iuxta hebr. *בִּרְכֵנִי תְּרַחֵם דְּהָעָם*, quis non videt, vitio librarii pro *דְּהָעָם*, *חֲנֵעָם* in Codd. gr. et deinde in Lat. venisse.



venisse. Pf. CXLI. 7. Vulg. Quoniam potuerunt. Veron. Praevaluerunt
iuxta Gr. Veron. et alios Gr. libros ἠδυνήθησαν. Sed Vat. ἠδύνθησαν. r.
hebr. מַצֵּי et Hier. decora sunt, ex quo facile apparet, lectionem
Hexaplaem fuisse ἠδύνθησαν, et ἠδυνήθησαν vitium librariorum esse.
Sic et Pf. IV. 8. a fructu frumenti non videtur lectio Gallicanae esse;
quanquam Gr. Veronenfis et Vat. habent ἐπὶ καρπῶ σίτε, quia non
solum HIERONYMVS iuxta hebr. in tempore frumentum. sed etiam
Veron. Latina ita legit, et extra omne dubium in Graecis legendum
est ἐπὶ καρπῶ, siquidem et ab initio ap. LXX. positum fuisse monet
Origenes ap. Danielelem Barbarum. v. Montefalc. Hexapl. ad h. l. cf.
Orig. in Schol. ad h. l. ubi ait: ἐν τῷ ἐβραϊκῷ ἐν τῷ καινῷ εἶχε. Haud
dubie ergo in Hexaplis haec lectio fuit, et plures scribarum errores
fideliter conuersi occurrunt in sequentibus. Quid multa? etiamsi Vul-
gata psalmorum exactissime illi ex riuulis Graecorum manante Gallica-
nae responderet, cum in verbis, tum in sententiis, nihil tamen con-
tra ipsius hebraici fontis puritatem, aut alterius HIERONYMI ex he-
braico versionis, ceterarumque versionum graecarum ex ipso fonte du-
ctarum sinceritatem efficeret.

§. XIII.

Quam multum vero Psalmorum Vulgata (nam de hac tantum no-
bis sermo est) ab altera HIERONYMI ex hebraeo facta versione re-
cedat, legenti certe, et vtramque conferenti ita constabit, vt mire-
mur, quomodo tandem, aut quonam ore dici affirmarique possit, in-
ter vtramque fere nihil interesse; cum tantum inter eas intersit, quan-
tum inter duas versiones, quarum vna veras et puras integerrimi he-
braici exemplaris, altera vero graeci exempli, erroribusque iam ab ini-
tuo contaminati, impuras et corruptas saepissime refert lectiones, in-
teresse possit. Atque ne quid a veritate alienum eique repugnans af-
feruisse videamur, nostrum est, vt huius rei veritatem idoneis com-
probemus testimoniis; quorum vero eum tanta sit multitudo, vt no-
bis tam arctis limitibus circumscriptis delectus, nisi molestus, difficilis
saltem sit: rem ita ingrediamur, vt sine nimium quaesito delectu co-
pias nostras sic in aciem producamus, vt primum hebraicam veritatem
contra τῶν ὁ et Vulgatae errores, Hieronymiana ex Hebr. versionis
ceterorumque Gr. interpretum reliquiarum praefidiis, defendere cone-
mur: deinde vero ipsorum verborum connexionem et consecutionem
sensusque perspicuitate et facilitate, iisdem in auxilium vocatis versio-
nibus, asserere eam studeamus. Quod si fecerimus, certissime nobis
per-

*Vulgata
quam pluri-
mum ab alte-
ra Hieronymi
ex hebraeo
facta discre-
pat. Simul-
que hebr. Co-
dicis veritas
aliarum
graec. Versio-
num auctori-
tate confir-
matur.*



persuasum habemus, fore, vt non solum magnum inter HIERONYMI et VULGATI interpretis versionem appareat discrimen, sed etiam, quantum inter veritatem et mendacium intersit, intelligatur. Quod si vero versiones istas ad hebraicae veritatis integritatem demonstrandam in auxilium vocamus, non est nostra mens ea, vt haec sola et vnica putemus arma, quibus hebraicae veritatis arx possit defendi; sunt enim et alia plura, Codicum inprimis auctoritas, de quibus autem h. l. non attinet dicere. Nos vero propterea tantum iis vsi sumus, quia haec sola ad negotium hoc conficiendum sufficere putauimus. Neque magis eas omni numero defendimus absolutas; errarunt, lapsi sunt, nam sicut Alexandrini interpretes, ita et illi homines fuerunt, saepe in idem cum Alexandrinis inciderunt vitium: modo enim vim hebr. verborum non recte perceperunt, siue propter tam multa in hebraea lingua πολύσημα vocabula occurrentia, siue loci ipsius difficultatem reique obscuritatem, modo a vera alienam siue codicis siue ipsorum culpa arripuerunt lectionem, praesertim cum extra dubium positum sit, eos codicibus vocalium signis destitutis vsos esse, vt nihil dicamus, versionem HIERONYMI imperitorum librariorum peruersorumque criticorum hand effugisse manus, de Graecis vero, nihil nisi reliquias vndique conquistatas superesse; adeoque non minus, quam τῶν δ' et Vulgati interpretis versionem ab scribarum erroribus esse immunes. Quae vero omnia non impediunt, quominus earum opera et auxilio hebr. textus integritas egregie demonstretur. Vna enim nutante seu labente, altera eo rectior stat et firmitior, si quidem vnus iam cum hebr. codice conuenientia veritatem eius vindicat. Cum enim semper error prius in versionum riualis, quam in fontibus ipsis quaerendus sit, nescio quid certius, quid verius existere possit, si vel vnus antiquissimarum versionum auctoritas accedat. In iis autem locis, in quibus τῶν δ' et Vulg. Versio ab hebraica discrepant auctoritate, nisi semper omnes ceteri Graeci, at saltem vnus pro nostra militat causa, inprimis Aquila, verborum sectator, et HIERONYMVS, qui in Psalmis magis hunc, quam Symmachum, cuius eleganti interpretatione ac scribendi ratione alias mirifice delectatur, sequi viderur, qui vero non verba, sed sensum de sensu maxime exprimere studer. Conf. eius epist. ad Sunn. et Fret. it. ad Pammach. de optimo genere interpret. At vero non verbis, sed re ipsa causam nostram defendamus. Pl. VII. 7. iuxta Hebr. Alex. ὑπὸ θῆτι ἐν τοῖς πέρασιν τῶν ἐχθρῶν μὲ. cui consentit Vulgata. At Hieron. *Indignans super hostes meos,*



meos, cum Paraphr. Chald. iuxt. Hebr. Aqu. ἐν ἀνυπερθεσίαις ἐνδε-
 μάντων με. Symm. ἐν χόλῳ τῶν θλιβόντων με. Theod. ἐν θυμῷ ἐπι-
 τὰς ἐχθρῶς με. LXX. aut deriuarunt עַבְרֹת ab עָבַר aut in עָבַר no-
 tationem verbi secuti proprie acceperunt, vt πέρας iis idem sit, quod
 πέραςις aut πέρασμα. ceterum vid. FISCHERI, V. Cl. Praeceptoris
 olim nostri optimi reliquias verss. Gr. clausi spec. in voce ἀνυπερθε-
 σία. Sensus itaque h. l. est, *Potentem et iratum te, o Deus, contra ini-*
micos meos ostende. Ei. Psalm. v. 12. in vers. Alex. et Vulg. diuersae
 interpretationes coniunctae sunt, nempe μακροθυμός et μὴ ἐργῆν
 ἐπάγων. Vtrumque respondet τῷ עָבַר, pro עָבַר legerunt עָבַר
 Vulg. interrogatiue. *Numquid irascitur?* Veron. vero sine interrogat.
Non in iram adducens, Porro ἰσχυρὸς ex Aquilae interpretatione τῷ
 עָבַר in LXX, irrepsisse videtur, vt totus locus in ea et Vulg. confusus
 et corruptus sit. Hier. vero neque plus, neque minus habens ita ver-
 tit: *Deus iudex iustus et fortis comminans tota die.* v. Agellii notas ap.
 Montef. in Hexapl. ad h. l. *) Pl. XVI. 4. LXX. ἢ μὴ συναγωγῆς
 τὰς συναγωγὰς αὐτῶν, conuenit ei Vulg. et Hieron. cum Hebr.
 non libabo libamina eorum. iuxta Aqu. ἢ μὴ σπείσω σπονδὰς αὐτῶν.
 עָבַר נִסְפִּיהוּ בַל־ Positum quidem Alex. Versio sic defendi, vt
 dicas, antecedens pro consequenti positum esse, sed dura tamen et
 nimis insolens haec metonymia videtur. Quid? si legerunt
 עָבַר סוּרְיָהוּ בַל־ אָסִיר יִסַּר, saltem in Niphal vim conueniendi habere
 notum est. v. c. Pl. II. 2. XXXI. 14. quidni etiam in Hiphil? סוּר
 vero per συναγωγῆν saepiss. vertunt Alexandr. Pl. XXII. 3. Gr. Alex.
 καὶ οὐκ ἐς ἀνοιάν μοι. cum vt. Lat. Sed Hier. iuxta hebr. non est silentium
 mihi. Aqu. καὶ οὐκ ἐς) σιγή, cum quo conueniunt Symm. Theod. et V.
 Omnes עָבַר עָבַר comprobant, sed non liquet, quomodo LXX. legerint.
 FISCHERVS igitur in Specim. Clausi laudatae legi vult ἀνεσις; nam
 plures scribarum errores latini interpretes fideliter conuerterunt. Ei.
 Pl. v. 2. עָבַר שְׁאֵנִי דִּי רַבְרִי דִּי אֵלֵי לֹגְוֵי תֵּן פִּי לִפְתָּחֵי הַיָּם.
 Vulg. *delictorum meorum.* Sed quis non statim videt, τὰς ὁ legisse
 עָבַר שְׁאֵנִי, sic enim vertunt Pl. XIX. 12. Hier. contra *rugitus mei* Aqu.
 οἱ λόγοι τῶ βρυχήματός με. Symm. τῶν ἰδυμῶν με. Theod. V. Βοή-
 σεώς με. VI. δεήσεώς με. Sic in inscriptione hui. Psalmi pro עָבַר in
 mente habuerunt ex v. 20. עָבַר עָבַר ὑπὲρ τῆς ἀντιλήψεως cum Symm.
 Nam

*) Huc pertinet Pl. XVIII. 36. et XXIX. 1. In vtroque loco binæ iterum
 coniunctae ap. LXX. ac Vulg. leguntur. Sed vid. Montef. in Hexapl.
 HIERONYMVS in vtroque Hebraeum tantum sequitur codicem.



Nam reddunt **יְלוּת בֹּהֶטְעֵאֵן**. Aqu. vero et Hier. cum Hebr. *pro ceruo matutino*, Saltem *ἐὶ ὁ* etymologiam spectarunt Pf. XXV. 14. **סֹר יְהוָה** LXX. *κράταιωμα κύριος*, cum Vulg. *Firmamentum est dominus timentibus eum*. aut leg. **יִסֹר**, aut deriuarant a **יִסַר**, nisi forte a **סַעַר**, quod etiam est *Firmare*, *Fulcire*, et de cibis inprim. dicitur. Hieron. *Secretum domini* cum Aqu. *ἀπόρρητον κυρίου*. Symm. *ἐμίλια κυρίου* (Sic et vertit Pf. LV. 15.) Th. V. *μυσήριον Κυρίου*. **סֹר** autem h. l. idem, quod **בְּרִית**, cui in hoc v. responderet Pf. LV. 15. vt hoc addamus, LXX. videntur legisse pro **סֹר סַעַר**, vertunt enim **סֹר בְּמִתְקֵן**, *ἐγλυκανας ἐδέσματα*, et Vulg. *dulces capiebas cibos*. Solent enim **סַעַר** v. c. 1 Reg. XIII. 17. Genes. XVIII. 15. per *αἰσιεῖν* et *Φάγειν* vertere, indeque rab. **סַעֲרָה**, *epulum*. At Hier. h. l. *Qui simul habuimus dulce secretum*. et Aqu. *ἐὶ ὁμῶς ἐγλυκάναμεν ἀπόρρητον*. Symm. *ἔτινες ἐκκοινολογήμεθα γλυκείαν ἐμίλιαν*, i. e. Saluberrima ac dulcissima habuimus colloquia, non vero conuiuia, quae magis placere videntur τοῖς ὁ, eorumque sectatoribus Pf. XXXI. 11. Alex. *ἐν πτωχείᾳ*, Vulg. *in paupertate*. Hier. autem cum Hebr. *infirmata in iniquitate virtus mea*, et Symm. *διὰ τὴν κάκωσίν μου*, leg. LXX. pro **בְּעֹנֵי בְּעֹנֵי**, Eiusd. v. 16. Alex. *ἐὶ κληῖροι μου*. Vulg. *Sortes meae*. Sed Hier. et reliqui graeci interpr. *ἐὶ καιροί μου* iuxta hebr., ita et Veron. Latina Pf. XXXV. 13. **כְּחֶלְתֵּךְ** LXX. *ἐν τῷ αὐτῶς παρενοχλεῖν* et Vulg. *cum mihi molesti essent*, sensu plane diuerso. HIERONYMVS enim *Cum infirmarentur* Aqu. *ἐν ἀρρώστια αὐτῶν*. Cum Symm. Th. V. *ἐν τῷ παρενοχλεῖσθαι αὐτῶς*, Pf. XLV. 5. **חַרְרֵךְ צִלְךָ** LXX. *καὶ ἐντεινον καὶ κατενοδοῦ*. Vulg. *inde intende et prospere procede*. At in mente habuerunt h. l. **חַרְרֵךְ** scil. Sagittas, seu arcum. Tota Phrasis extat v. c. Pf. VII. 13. LVIII. 8. Hier. vero *decore tuo prospere ascende*. Atque in ep. 65. edit. Val-lars. ad Princip. diserte ait, *Secundo scriptum est ap. Hebraeos, decore tuo, ne quis id ipsum vitio librariorum repetitum putet*. Pf. XLIX. 9. **וְחָרְרָה לְעוֹלָם** LXX. *καὶ ἐκοπίασεν εἰς τὸν αἰῶνα*. Vulg. *et laborabit in aeternum*. num forte legendum *ἐκόπασεν*? Saltem Amos. VII. 5. **נָחַרְרָה** verterunt *κόπασεν* δὴ. Sed non existimauerim. Pf. 6. 7. 69. 4. enim reddunt **יָבֵעֵתִי**, *ἐκοπίασα*, i. vt ego quidem interpretor, defessus, defatigatus sum clamando, desii clamare, sed et ibi Vulg. *Laboravi clamans, in genuitu meo*. Ergo error in Vulgata tantum. Helych. quidem *κοπίαι ἡσυχίαι*. forte legit *κοπιᾶν, ἡσυχιᾶν*, vt idem fit ac *κοπάειν* et *κοπιᾶν*. Hieron vero *Cessabit in aeternum*, iuxta Aqu. *καὶ ἐπάνετο* et Symm. *ἀλλὰ πᾶνσάμενος τῷ αἰῶνι τέτρω*. Sunt et quaedam alia in hoc Pf. v. c. v. 12. et 13. quae vero breuitatis causa omittemus.



Pf. L. 11. Alex. ὡραιότης ἀγροῦ. Vulg. *Pulchritudo agri*. Sed ὁ δ' λε-
 γiffe videntur pro יל, יל. Hier. vero, *Vniuersitas agri mecum est*. Aqu.
 παντόδακα χώρας. יל enim omne, quod mouetur, nisi dicas, τὸς ὁ
 animalia agri pro honore, pulchritudine agri accepisse, vt folia et fru-
 ges arborum et agrorum dicuntur honores eorum ap. Lat. v. c. Hor.
 od. XI. Epod. hic tertius December -- syluis honorem decutit. Sed
 et ap. Hebr. Ies. IX. 18. כְּכֹרֵךְ וְרֵעוֹ וְכַרְמֵלֶךְ incolae et ferae sunt. Pf.
 LVI. 3. 4. in Vatic. et Veron. hic locus ita extat κατεπάτησάν με ἐν
 ἐχθροῖς μου ὅλην τὴν ἡμέραν ἀπὸ ὑψους ἡμέρας, ὅτι πολλοὶ εἰ πολεμῶντές
 με φοβηθήσονται. ἐγὼ δὲ ἐλπῶ ἐπὶ σοὶ. Sic et Veron. Lat. *Conculcaue-
 runt me inimici mei tota die ab altitudine diei: quoniam multi, qui debel-
 lant me, timebunt: ego vero in te speraui Domine.* (τὸ Domine addit
 iuxta Gr. Veron.) Vulg. vero ita -- *tota die: quoniam multi bellantes
 aduersum me, ab altitudine diei timebo, ego vero in te sperabo*, quae qui-
 dem pressius sequitur ordinem hebraicorum verborum praeter distin-
 ctionem, coniungit enim cum τοῖς ὁ יל מרוב quae in hebr. per
 Silluk cum Soph Pasuk discernuntur, eiusque lectionem tanquam τῶν ὁ
 Hieron. in ep. ad Sunn. et Fret. approbat. Versio aut. eiusd. ex Hebr.
 ad amussim codici nostro respondet: *Conculcauerunt me insidiatores mei
 tota die: multi enim, qui pugnant contra me, altissime, quacumque die ter-
 ritus fuero.* in his ultimis verbis sequitur Symmachum, qui habet: ἐπέ-
 τριβον εἰ θλιβόντες με ὑψηλότεροι (seu legit ירובי, seu per enalla-
 gen numeri vertit, ἐν ἧ ἂν ἡμέραι φοβηθῶ σοὶ πέποιθα. Aqu. vero ex-
 actius conuenit hebr. --- ὅτι πολλοὶ πολεμῶσί με, ὑψιστε, ἡμέρας φοβη-
 θήσομαι. ἐγὼ, πρὸς σὲ πέποιθῶ (Iud. IX. 26. incertus ירובי ἐπεποι-
 θησεν vertit, videtur ex h. l. Aquila esse). Sic et ירובי Pf. XCII. 9.
 וגל סוד, ὑψιστος, εἰ ὁ reddunt. Quid verò planius, quid magis perspicuum
 esse potest verbis hebraicis? quotidie inimici mei me opprimere stu-
 dent: magnus enim eorum numerus est, o celsissime, potentissime deus.
 Sed etiam si tempora tam misera, tantaque pericula incidant, vt eorum
 terrorem timeam, tamen spe tui auxilii non destitutor. Quis quaeso
 verba graeca aut latina ἀπὸ ὑψους ἡμέρας φοβηθήσομαι: *ab altitudi-
 ne diei timebo*, intelligit? Hieron. explicat quidem in ep. laudata, *time-
 bo excelsum tuum lumen*, sed mihi non verba graeca sed hebraica inter-
 pretatus esse videtur. Si enim idem ac *a summa die* esse debet, Latinis
 quidem dicitur, *Alta nox, altum silentium* etc. vt Ouid. v. c. dicit: *An-
 te oculos nox stetit alta meos.* Sed dubito an apud Graecos ὑψος ita
 vsurpetur, et non potius βάθος seu βαθύς talli sensu dicatur. Aristoph.
 quidem in Nubib. v. 514. dicit, ἐς βαθύ τῆς ἡλιμίας i. e. summa in





senectute in N. T. vero aliquoties ita occurrit, v. c. Rom. XI. 43. βά-
 ρος πλεία, summae diuitiae. 2 Cor. VIII. 2. κατὰ βάρους πτωχεία
 αὐτῶν, summa paupertas eorum. Ad. XX. 9. ὑπὸ βαθεῖα καταφέρεσ-
 θαι, alto somno solui, frui. Sed haud temere affirmauerim, neque
 Graecos, neque Latinos intellexisse, quid verterint. Pl. LIX. 4. ἔδρα-
 μον καὶ κατεύθυνα. Vulg. Cucurri et direxi. ap. Hebr. est tertia plur.
 et sic Hier. non egi inique et illi currunt et praeparantur Symm. μὴ ἔσῃς
 εἰραετίας ἐπιτρέχῃσιν, ἵνα ἐλευσώσῃ με (alias πατάξωσι, quae vera vi-
 detur lectio, vt legerit וְיָצִי) in Gr. Alex. igitur sine dubio leg. ἔδρα-
 μον καὶ κατεύθυνα. Pl. LXII. 5. כּוּב וְצַרְיָא — יַחַד מִשְׁתָּה אֶלְעֵזֶר
 Alexandri-
 ni: πλὴν τὴν τιμὴν μὲ ἐβαλέσαντο ἀπώσασθαι, ἔδραμον ἐνδίψει. Vulg.
 Veruntamen pretium meum (Veron. honorem meum) cogitauerunt repel-
 lere: cucurri in siti. Hier. vero: Partem enim eius cogitauerunt expellere:
 placuerunt sibi in mendacio. τοῖς ὁ facile fuit יַחַד מִשְׁתָּה confundere cum
 יַחַד מִשְׁתָּה, praesertim si vocalibus caruerint, posterius vero est, Congia-
 rium; donum, pretium, δῶρον, μερίδα, vt alias vertunt. τιμὴν vero
 idem esse ac δῶρον, ἀντάλλαγμα, ἀλλαγμα, merces, praemium, pre-
 tium, quis est, quem fugiat? Sic vertunt v. c. Pl. 44, 13. נָכַר
 אֶנְעוּ תִמְחָה ibique Symm. מִן הַיָּמִים אֶנְעוּ תִמְחָה אֶת הַיָּמִים אֲנִי, et Ef.
 LV. 1. מִן הַיָּמִים אֶנְעוּ תִמְחָה. Sic aliquoties in N. T. occurrit,
 vt i. Tim. V. 3. 17. imo Latinis honos ita dicitur: Curio nisi, vt
 medico honos haberetur, ait Cicero, in ep. ad famil. IX. l. XVI. Sed
 et Hieron. יַחַד מִשְׁתָּה legisse videtur; cum aliae Gr. versiones huius
 loci perierint, auctoritas huius lectionis penes codices est, in se-
 quentibus vero manifestus librariorum deprehenditur error, et leg.
 pro διψει, ψεύδει, vt et reliqui Gr. omnes habent. Porro pro
 צַרְיָא ὁῖο falso legerunt צַרְיָא ἔδραμον, quod Vulgata pro prima singu-
 laris falso habuit. Sensus verborum hebr. hic est. Consilia incunt,
 vt eos depellant ab excellentia ipsius dei i. vt a fiducia, quam quisque
 habet in deo excellentia et potente abstrahant; student mendaciis, aliud
 ore loquuntur, aliud corde premunt. Pl. LXXII. 14. Vulg. i. LXX.
 Et honorabile nomen eorum. Sed Aqu. Symm. τὸ ἄμα αὐτῶν i. hebr.
 et ita Hieron. legend. itaque ap. LXX. καὶ ἔντιμον τὸ ἄμα αὐτῶν.
 Pl. LXXXVIII. 11. de medicis resurgendis non est, quod dicamus,
 cum satis notum sit, מִשְׁתָּה non esse medicos, sed computrefactos.
 Pl. XCII. 11. Vulg. in misericordia vberi i. Vat. Sed leg. in oleo vberi
 vt et Hieron. et alii Gr. libri ἐν ἔλαιω πύριον habent i. hebr. Pl. CIV.
 16. Vulg. Saturabuntur ligna campi. i. LXX. τὰ ξύλα τῆ πεδίου. Sed
 sine dub. legendum τὰ ξύλα τῆ κυρίου. omnes enim alii, Gr. inter-
 pre-



pretes sic habent. A. et Th. coniungunt τῶ πεδῖς, κυρίου. Sed quis non videt τῶ πεδίου esse corruptam τῶν ὁ lectionem. Hier. *Ligna domini* i. hebr. i. e. arbores altissimae cf. Glass. p. 592. Pf. CXXXVII. 5. LXX τὴν ἐπιθυμίαν αὐτοῦ Vulg. *Qui implevit desiderium suum ex ipsis* leg. procul dubio pro יִרְשָׁן, וְתִכְבֹּד, ו more Chaldaico mutato in נ. At Symm. et Theodot. *Φαρέτραν αὐτοῦ* cum Hier. Pf. CXLIV. 3. LXX. ὅτι ἐγνώσθης αὐτῶ, Vulg. *Quoniam innotuisti ei.* At Aqu. καὶ γνώση αὐτὸν, S. ὅτι γνωρίσεις αὐτὸν, cum Hier. *quia agnoscis eum*, i. hebr. *ei* ὁ fortasse leger. וְתִכְבֹּד עִירִי. Ceterum hic locus notandus, quia יָדַע manifeste h. l. est Amare, indeque γινώσκειν in N. T. saepe pro Amare dicitur, vt Ioh. X. 14. 1 Cor. XIII. 3. etc.

§. XIII.

Sed progrediamur tandem ad ea discrepantia inter Hieronymum, adeoque textum hebr. et Alexandrinum Vulgataeque Versionem, loca, quorum veritatem statim verborum serie et contextu sensusque perspicuitate, accitis tamen iisdem reliquarum Versionum testimoniiis, vindicari posse putamus. Sed paucis tantum hanc rem abfoluemus. Pf. IV. 3. Vulg. *fili hominum usque quo graui corde?* iuxta LXX. Βαρυκάρδιοι. Sed leg. לִבְכַבְרֵי לֵב לְמַה pro כְּבוֹדֵי לְכַל מַה sensus probabilis quidem ex verbis graecis nascitur; Βαρυκάρδιοι enim alias sunt τοῖς ὁ ἀσύνετοι, vt patet ex Exod. IX. 7. 34. At Dauides h. l. queritur de iniuria ab inimicis sibi illata: quousque gloriam meam i. me ignominia afficietis, quousque calumniis et mendaciis studebitis? quae Antecedens et Conf. probant. Ergo Symm. *ἕως πότε ἡ δόξα μου* Aqu. vero *ἕως πότε οἱ ἔνδοξοί μου*, quem sequitur Hier. *Usquequo inclyti mei ignominiose diligitis vanitatem?* Saltem lectionem hebr. confirmat. Pf. XVII. 14. Lat. Veron. *Domine perdens de terra dispertere eos in vita eorum* i. Vat. *ὕστε ἀπολλύων*, pro quo vetus interpres legit *ἀπολλύων ἀπὸ γῆς διαμέρησον αὐτούς ἐν ζωῇ αὐτῶν*. Veron. Gr. cum aliis libris gr. apo oligon. Vulg. inde: *Domine a paucis de terra diuide eos*. Sed quicquid eliges, contortus efficitur sensus: videretur tamen ἀπὸ ὀλίγων vera τῶν ὁ lectio esse, leg. scilicet מִמְעַטִּים et חַלְקֵם habuerunt pro imperat. cum Affixo ׀, vitio librariorum deinde ἀπὸ ὀλίγων mutatum in ἀπολλύων. Sed statim quae praecedunt et sequantur, vindicant lectionis hebr. veritatem. nam מַחֲלֵךְ מִתִּים iidem sunt, qui praecedentes יִרְדּוּ מִתִּים et חַרְבָּךְ חַרְשֵׁךְ, vt sit sensus: Libera me ab impiis gladii tui i. e. quibus tantquam flagellis vteris, ab istis, inquam, hominibus, quibus ad castigandum homines vteris, imo ab hominibus istis, quorum felicitas in

E contextu hebr. cod. alexandrinus contra LXX, et Vulg. errores vindicatur.





hac vita est, libera me. Copia hac verborum non sine magna em-
 phasi S. Poeta vsus est. Sed et Aqu. Symm. et Hieron. nostram le-
 ctionem confirmant, quanquam מַחֲרֵר מַמְתִּים alio sensu verterint.
 Aqu. ἀπὸ τῆς θανάτου ἐκ καταδύσεως, ἢ ἀπὸ τῶν νεκρῶν ἀπὸ ἐνδεδυ-
 κώτων. Hier. *Salua animam meam ab iniquo, qui est gladius tuus: a vi-*
ris manus tuae; Domine, qui mortui sunt in profundo, quorum pars in
vita. Sed satis notum est, מַמְתִּים mortuos esse, indeque forte homi-
 nes appellari vt Lat. *mortales* מַחֲרֵר vero constanter fere Aqu. et Hier.
 καταδύσω *profundum* vertunt. Sic Hier. Pl. LXXXVIII. 48.
 מַחֲרֵר *de profundo*, hacque potestate hoc verbum pollere extra
 omne dubium est, cum etiam ap. Syros hoc sensu inueniatur. γ. Mai.
 Suppl. ad Coccei. Lex. sub h. v. Pl. XXXI. 7. LXX. μάρτην ὠνείδισαν
 τὴν ψυχὴν μου, cum Vulg. *vane exprobrauerunt animam meam.* Sed
 sine dubio Gr. pro מַחֲרֵר leg. חָרַפּוּ. Sed e contextu statim apparet,
 חָרַפּוּ veram esse lectionem, nam Poeta S. ex more eadem aliis verbis
 repetit, nempe *foderunt mihi foueam* i. e. insidias struxerunt, et sub-
 intell. כּוֹר. Aqu. inde διέσπειραν ἢ ὑπέσπειραν. Hier. *foderunt animae*
meae. Pl. LIII. 6. Vulg. *deus dissipauit ossa eorum, qui hominibus pla-*
cent i. LXX. ὅσα ἀνθρώπων ἠρέσκων in hebr. vero חָרַפּוּ obsidentis te;
 pro חָרַפּוּ leg. חָרַפּוּ ἢ חָרַפּוּ. quod alias v. c. Iob. 36, 13.
 ὑποκρίτην vertunt, sed de eo h. l. non est sermo, verum de inimicis
 dei, qui populum dei vexant, et vi violentiaque opprimere student.
 Aqu. ὅσα παρεμβεβληκώτων σα. Symm. ὅσα παρεμβαλλόντων περί σα.
 Hier. *ossa circumdantium te.* Pl. LV. 21, 22. Vulg. i. LXX. *Extendit*
manum suam in retribuendo: contaminauerunt testamentum eius: diuisi
sunt ab ira vultus eius: et appropinquauit cor eius. Primum v. 21.
 membrum referunt Gr. et Lat. ad deum, cum sermo sit de amico falso
 et ficto, et leg. ἢ בְּשֵׁלֵם בְּשֵׁלֵם. in altero vero huius v. mem-
 bro ex sensu posuerunt num. plur. pro singul. v. 22. autem primum
 decepti sunt ambiguitate חָרַפּוּ, quod et diuidere et laeue esse
 significat, et acceperunt pro פַּיָּל. deinde legerunt מַחֲמַת פַּיָּל *) tan-
 dem וּקְקַב, pro verbo קָרַב habuerunt, vt et v. 19. Sed in altero
 h. v. membro haec statim explicantur, iterumque aliis verbis repe-
 tuntur. Sensus hebr. verborum hic est: Amicus fictus aggreditur
 eos, quibus cum in pace simulata viuit, foedusque suum perfringit:
 verba (s. os eius) butyro nitidiora sunt, i. e. verbis simulat pacem
 et amicitiam, re autem ipsa bellum et inimicitias cogitat; quae sequen-
 *) Conf. Pl. VI. 2. vbi LXX. h. v. per ὀργάνον, Th. ὀργάνον vertunt.

tia egregie confirmant. Hier. *Extendit manum suam ad pacifica; contaminabit pactum suum: nitidius butyro os eius: pugnat autem cor illius: molliores sermones eius oleo, cum sint lanceae: cui consentiunt A. S. et Th. Pf. LXX. 14. Vulg. i. LXX. induri sunt arices ouium.* Sed ex contextu patet כריים h. l. esse prata, pascua, quia sequitur, עמקים, ut sensus sit: Pascua abundant ouibus, valles frumento, praesertim cum praecedant גבעות, colles. Sermo igitur h. l. tantum de agris, et locutio poetica eo sublimior fit. Quamquam et Hier. *vestiuntur agnis greges. Pf. LXXVI. 3. et factus est in pace locus eius.* Alex. ἐν εἰρήνῃ, leg. בשלם pro בשלום. Praebet quidem haec versio satis commodum sensum. Sed aequalitas membrorum statim lectionem hebr. vindicat. Nam in altero membro respondet תפ כריים, et sic multo concinnius, et poetae f. conuenientius. Sed et Hier. *in Salem cum reliquis Gr. Pf. LXXXVIII. 21. ideo audiuit dominus, et distulit. i. LXX. καὶ ἀνεβάλετο.* hebr. vero התעבר quod quidem ex analogia significationem differendi, omittendi habere potest, et sine dubio habet (ut Germani loquuntur, etwas lassen vobey gehen) et v. 59. 62. vertunt Alex. etiam ὑπεριδέω. Sed contextus his locis postulat, ut sit, *ira, indignatione incendi*, ut et Aqu. ἀνυπερθέτησεν, qui simul propriam vim exprimere studet. Symm. καὶ ἐχολώθη. Hier. *non distulit i. ira incensus est. cf. Pf. LXXXVIII. 39. vbi Hier. iratus est vertit. Ei. Pf. v. 36. Vulg. dilexerunt cum ore suo. Gr. ἠγάπησαν αὐτῶν* hebr. וַיִּתְהַוּ, deceperunt eum. leg. sine dubio apud LXX. ἠπόπησαν αὐτῶν. Hier. *lactauerunt*, sed rectius alii codd. *Allectauerunt* התה enim, praesertim in Piel est etiam, verborum lenociniis aliquem decipere, persuadere, in suas partes allicere. Accedit coniecturae nostrae non paruum momentum ex seqq. לוי יבזבזו. Pf. LXXXI. 7. i. LXX. Vulg. *manus eius in cophino seruiuerunt.* Sed h. l. sermo instituitur de liberatione ex seruitute, ut patet ex priori h. v. membro; leg. תאברנה pro תאברנה Hier. *manus eius a cophino recesserunt* Symm. ἀπηλλάγησαν. Pf. CIV. 11. Vulg. i. LXX. *expectabunt onagri in siti sua:* Sed quis non statim videt, cum praecedat. *Potabunt feras, sequi debere, sedabunt, implebunt sitim?* LXX. leg. pro ישברו, ושברו, quod occurrit v. 27. Hier. *resciant onagri sitim suam* Symm. ἐνακτήσεται ἄναγρος δίψαν αὐτοῦ. Pf. CXIX. 60. Vulg. i. LXX. *Paratus sum, et non sum turbatus.* Hebr. vero cum Hier. *festinaui, et non sum cunctatus.* Sed pro מיה sine dubio Alex. חמה in mente habuerunt, quod saep. vertunt ταραχθήναι v. c. LXXXVII. 4. reddunt vero מה ὑσρεῖν, ὑπομείναι. Hab. II, 3. Aqu. μέλλειν. Symm. ερωγγυέουσ.



γεύεισθαι. de qua voce vid. quoque Arist. Nub. v. 131. quanquam ibi Schol. falso explicat, et alteram coarctandi et dolendi arripuit significationem, sed statim ex contextu lectionem hebr. constare putamus. Sed ohe! iam satis est: nam totum librum nobis opus esset conscribere, si omnia, in quibus *oi ó* cum Vulg. ab Hieronymiana ex Hebraeo confecta, adeoque ab ipso hebraico textu reliquisque graecorum interpretum reliquiis discordent, enumerare vellemus. Iam ex his satis patere arbitramur, quam parum vero conueniens sit Blanchini assertum, Vulgatam *nihil fere* ab altera Hieronymiana abesse. Antequam vero penitus peroremus, necesse est, vt occurramus iis, qui obiciant nobis, Blanchinum accuratiorem haud dubie in tertia operis debiti parte MSS. optimaе notae libris Canonis hebraei demonstratum fuisse cum Vulgata conuenientiam. Primum enim multi optimique libri MSS. iam a Martiana et Vallario, viris doctissimis, adhibiti sunt, qui in his locis, quae laudauimus, aut plane nullam praebent lectionum varietatem, aut saltem nullius momenti, sensumque haud turbantem: deinde versionem HIERONYMI praesidio aliorum graecorum interpretum semper muniuimus, vt adeo minae eius hanc ob causam a nobis non metuendae sint. Cum vero de Hexaplorum fragmentis, prius quam Cl. auctor in lucem ea emisserit, in neutram partem quicquam dicere liceat, nihil restat, nisi vt eos, qui disputatunculam nostram qualemcunque perlegere dignentur, omni qua par est humanitate rogemus oremusque, vt errores, quorum procul dubio haud exiguum animaduertent numerum, tum humanitatis imbecillitatum ingenii nostri tenuitati condonare, sua vero ipsorum doctrinae copia iudicii acumine emendare velint, considerantes, ad hanc prouinciam, quam fortasse non sine temeritatis crimine suscepimus, recte administrandam tuendamque non solum haud vulgarem hebraicarum graecarumque litterarum scieatiam, sed etiam exercitatorum virorum robur requiri et vsum. Quod si vero, nisi omni, saltem aliqua ex parte industria nostra Viris doctis probabitur, mirifice gaudebimus, eorumque iudicii grauitas instar stimuli erit nos ad maiorem industriam ardentiusque omnium litterarum tum diuinarum tum humanarum impellendi studium.






01 A 6712

vd 18

ULB Halle
003 685 772

3





3

DISPUTATIO ANTI-BLANCHINIANA
SIVE
CONTRA
IOSEPHI BLANCHINI
CANONICARVM SCRIPTVRARVM
VVLGATAE LATINAE EDITIONIS
VINDICIAS

QVAM
EX AVCTORITATE
AMPLISS. PHILOS. ORDINIS
AD DISCEPTANDVM PVBLICE
PROPONIT

A. D. XVIII. IVNII A. C. MDCCLX.

M. IOHANNES CHRISTIANVS
MITTENZWEY

SCHOLAE NICOLAITANAE CANTOR ET COLLEGA

ET
DEFENDIT
THEOPHILVS HENRICVS IDE

LIPSIAE
EX OFFICINA LANGENHEMIA.

2

